necessario ⁊ inseparabilr cõcomitãtes: nõ originata: ꝭm quã rõ cũcta oriri dicunt: ⁊ hec ẽ cã cur Theologi di cũt: nõ eadẽ rõe ꝑdidit deꝰ hoĩes ⁊ bouẽ: ſꝫ oia ſuis ꝓ ꝓprijs rõib' idealib'. Erit itaqꝫ idea ñ imago: imago n. dr̃ ab imitãdo: idea aũt nõ imitat: ſꝫ ẽt id qð aliqd imitat: neqꝫ erit forma ſenſibilis ſed intelligibilis: ⁊ erit rõ practica: quateñ' ꝑ ipſaꝫ formas gẽqd formas vñ idea tandẽ nihil erit aliud q̃ forma ꝑ oſita in eſſe intelligibili ⁊ obiectiuo: nõ. n. ſolũ in hoĩb': verũ ⁊ in artificialib' inuenit gñatio vniuoca. 7. metha. 30. 12. metha. 18. vt domꝰ ex̃ fit a domo intra: domꝰ autẽ in aĩa ẽ idea domꝰ ad ex̃: ad quã artiſex aſpiciẽs opa/ tur: ⁊ ita creature ꝭm eſſe qð hñt in eſſentia diuina idee exiſtẽt creaturaꝝ ad ex̃: ꝭm quas ideas fuerunt create a deo ꝑducte. Dico tertio: idea nõ eſt intel lectui diuino rõ intelligẽdi vt q̃: q: talis rõ ẽ eẽntia diuina. Dico q̃rto: idee nõ cauſant ab eſſentia diui na ſed eã neceſſario coexigunt: queadmodũ ſpẽs la/ pidis nõ ꝑducit lapidem in eſſe intelligibili: et nãqꝫ eſſentia diuina ſpeculũ eminẽtiſſimũ: in qua cũcta re lucent ⁊ repreſentant abſqꝫ cauſatiõe aliq̃: ⁊ docte lo quẽdo cõcedi oꝫ: ideam reꝑntare ⁊ reꝑñtari. Dico q̃nto: rei vt hꝫ eſſe exiſtere ⁊ vt hꝫ eẽ intelligibile nõ cõſentit idẽ nomen: vt dixi ãno ſuꝑiori in ꝓhemio ꝓ/ mi phyſi. Dico ſexto: eadẽ res numero eſt illa que ponit ex̃ in effectu ꝑ cauſatiõeꝫ cũ illa q̃ ab eterno in/ eſſe intelligibili inueniebat: ⁊ rõ eſt id qð ab aliquo artifice ꝑcõcipit idẽ eſt cũ eo qð ab ipſo in eſſe reali ponit: eadẽ. n. numero domꝰ eſt quã vt fabricãda in/ telligit artiſex cũ illa quã poſtea efficit: aliter artiſex nõ cõciperet id qð efficit. Dico ſeptio: tale eẽ qð ha/ buit ab eterno creatura a multi credit eẽ abſolutũ ⁊ reale: nõ nulli id reſpectiuũ ⁊ rõnis faciũt: hi Auer. illi võ Auicẽne ſatiſfaciũt: q̃m vt dixi. 7. phyſi. 20. eẽ qð hꝫ forma in intellectu eſt magis reſpectiuũ q̃ abſolutũ: ⁊ magis rõnis q̃ reale. Quare vltimata cõcludo reſolutiõe tenẽdũ eſſe formas ꝭm eẽ intẽtio nale hẽre rõem idee: apud Auerroiꝫ nihil eſt in deo obiectiue neqꝫ ſubiectiue qð ſit rõ ꝑducẽdi hec inſe riora: at Plato: ⁊ Theologi creaturas cogunt affir/ mare habuiſſe ab eterno eẽ obiectiuũ ꝗ̃s neceſſa/ rio ⁊ inſeparabilr eſſentiã diuinã: ⁊ creature ꝭm tale eẽ idee noĩabant: hec ſunt que de ideis pro oportunita te loci vobis declaranda ꝓpoſueram ⁊c̃.

Tex. Cõmen. 9. 10.

¶ Sententia textus Cõmenti. 9. ⁊. 10. ſtat in hoc: ſi cõſtet nõ plures eſſe aĩas in eodẽ indiuiduo ſꝫ ptes queri ſolet vtrũ animã totã an ptes pri' q̃rere opor/ teat: difficile quoqꝫ eſt id determinareq̃ naꝫ ptes a qbus diuerſe ſint: ⁊ vtrũ pri' ptes an opatõẽs ꝑſcru tari liceat qð ſi opatõẽs ꝑus ingrẽde ſint: rurſus du bium eſt ſi obiecta ꝑus tractãda ſint an opatões.

Eſt cõſiderãdũ: q̃ rõ dubitatõis aſſignat talis: cuꝫ oia cauſa ſit ſuarũ potentiarũ ⁊ ſicut res ſe hꝫ ad eſſe/ ita ad cognoſci. 2. methaphy ſice. 4. videt ab aĩa inci/ piendũ eſſe: ex alia parte: cũ potentie ſint notiores quo ad nos ſubſtantia anime: eo q̃ ſenſibus ſunt ꝓ/ ꝑinque: a potentijs concluditur incohandum fore: ⁊ dicit Themiſti': poſſet ſane cui q̃ ipſuꝫ totũ noti' ⁊ manifeſtius videri q̃ membra: quia in magnitu/ dine quoqꝫ ꝑius ipſaꝫ integritatẽ q̃ ptes ſenſu ꝑci/ pimus: in docẽdo quoqꝫ ab vlibus ſemp perinde ac euidẽtioribus ⁊ clarioribus auſpicamur: econtrario

neſcio quo naꝫ modo partes vident eſſe notiores q̃ totũ: naꝫ ꝑiora ſemp initia ijs ſunt que de initijs ꝓ/ deunt: totũ porro ex pub' ꝑdeat neceſſe eſt. Am/ ꝑlius dicit Auer. cometo. ix. in qbuſdã. n. ſunt mani feſte ⁊ in qbuſdã latentes: verbi gratia inter intelle/ ctum ⁊ imaginatõeꝫ ⁊ inter imaginatione ⁊ ſenſum. Senſus eſt: inter intellectũ ⁊ imaginatiuaꝫ occultũ exiſtit diſcrimẽ. Tum q: ꝑ imaginatiuaꝫ ſepe intelli/ git intellect'. Tu q: vtraqꝫ recipiunt in abſentia: in/ ter imaginatiuã aũt ⁊ ſenſuꝫ eſt manifeſta differentia cum ſenſus ſoluꝫ recipiat ꝑſente ſenſibili: imagina/ tiua aũt preſens ⁊ abſcẽs dignoſcat ſenſibile: quare parduũ erit differẽtiam aſſignare inter virtutes aĩe: cuꝫ vna includatur in alia. 2. de aĩa. 13. 51. Rurſus aduertendum: dicit Cometator cometo. x. ⁊ dubitat in talibus: q: oportet re de eis que ſunt magis nota apud nos ad ea que ſunt latentiora apud nos: ⁊ in hoc differunt ſcientie: ſciaꝝ. n. in. qbuſdam ea q̃ ſunt magis nota apud nos ſunt ꝑcedẽtia: vt in mathema ticis ⁊ in quibuſdaꝫ ecõtrario: vt in quibuſdam que cõtinent in ſciẽtia naturali. Senſus eſt: cum in aliq/ bus ſcientijs cauſa ſit notior effectu ⁊ nobis ⁊ natu/ ra: in aliquibus effectus ſint nobis cauſis certiores: certi eſſe non poſſumus vnde in facultate ſumendus ſit exordium: cauſe autẽ natura notiores dicũtur: q: ab ipſis natura incipiat operari ⁊ iter cauſas vniuer/ ſales ⁊ min' vniuerſales: minus vniuerſales exiſtũt ꝑrius natura: cuꝫ natura intendat primaria intentõe operari ꝑ cauſas mĩ' vniuerſales vt dixi. j. phi. ṫiȷ.

Iterum obſeruandum eſt ꝭm Albertũ: a totis ſeu ſatis incipiẽduꝫ eſſe: in totis ocultis ecõuerſo: potẽ tia quoqꝫ actiua operatõe eſt notior paſſiua: ecõuer ſo: vnde ab obiecto: inde ab operatõibus: inde a po tentijs. Contra qualitates elemẽu ꝑrius nobis ĩno/ teſcunt ipſo elemẽto: ergo a totis ſenſaus nõ eſt inci/ piendũ: ſunt. n. qualitates elemẽn potẽte elemẽti. Item de obiectis virtutuꝫ actiuaꝝ ꝑrius differitur: ergo nõ eſt potentia actiua notior obiecto. Solutio eſt: ad ꝑrimũ: qualitates de tertia ſpẽ certiores ſunt elemẽto: de ſecũda ignotiores: ꝑrius igit tota ſenſa/ ta tractanda occurrunt q̃ eoꝝ nãles potẽtie: quali/ tates ꝑrime elemẽtoꝝ nõ exiſtũt nãles potẽtie eoꝝ: at in ipſis tales potẽtie ſubiectant: exiſtimo ẽt nãles potẽtias alias fundari in ſba alias in q̃litatibus pri mis. Uel dico q̃ q̃litates elementi: q: ſunt ſũme: nõ agũt in ſenſuꝫ: ſꝫ eũ corrũpunt: agũt igit ſcdm corru/ ꝑtionẽ nõ ſcdm ſenſuꝫ. Ad ſcdm: cũ ab obiecto virtu/ tis paſſiue exordiũ ſumit: eſt ꝑceſſus pp qd: ⁊ a ma/ gis actuali: q̃n incipimus ab alimẽto obiecto virtu/ tuꝫ actiuaꝝ vtimur ꝑceſſu q: ⁊ a minus actuali.

¶ Tex. comenti. 11.

¶ Sententia textus cõmenti. 11. talis eſt. Demon/ ſtratio quia ⁊ demonſtratio ꝑpter quid ſunt duo mo di procedendi quibus artifices vtuntur: in naturali tamẽ philoſophia magis famoſuꝫ ire de poſteriori/ bus ad precedentibus q̃ de precedentibus ad poſte/ riora: vnde diffinitio cauſa eſt ⁊ medium in demon/ ſtrandis paſſionibus potiſſimum: accidentia quoqꝫ eſſentialia que eſſentiam concomitantur ⁊ manife/ ſta per ſe ducit intellectum in cognitionem diffini/ tionis. Eſt ꝑrimitus obſeruãduꝫ: teneo diffinitio/ nem ſubiecti mediuꝫ eſſe in potiſſima demonſtratio/ ne: cum enim ipſa ſit principium eſſendi erit ⁊ prin/ cipium

cipiū cognoscendi: oīs ēt passio mediate predicat
de subiecto resolubili ergo est demōstrabilis ō subie
cto: dicit aūt diffinitio subiecti qd ipsi⁹ subiecti ⁊ pp
qd passiōis: est nāqȝ hō aīal rōnale: ⁊ est risibilis: q2
est aīal rōnale. Amplius existimādū est vt dixi. 6.
phyficoꝝ. 15. demonstrationē q2 nō esse demonstra/
tionē: neqȝ aggenerare sciam: de quocūqȝ. n. est ve/
rū dicē: hoc est scire nō simplr affirmat illō eē scire p/
accidēs ⁊ sophysticū ḡ nō scire ⁊ h ē cā q2 soleo cōcede
re regressuȝ sed nō demōstrationē circularē: q2 ipsi⁹
regressus vnius est pcessus nō demōstratiu⁹: datur
aūt regressus: q2 datur demonstratio cause tm̄: que
(vt reor) illa est cuius cā est latētior apud nos: 2. cel
35. ⁊ vt vtar verbis. Themistij est illa cuius cā inco/
gnita est atqȝ incircūspecta: tenet tn̄ rectā ad verita/
tem viaȝ: nō se submittēs ad mensurā nostri ingenij
⁊ ita approbāda est demonstratio que pcedat ex no/
bis ignotioribꝰ. Rursus: accidentia magnā pteȝ
cōferunt ad cognoscēdū quodqd est: q2 duȝ pcedimꝰ
via diuisiua ⁊ cōpositiua adiuuamur pprijs passioni
bus: exēplo hec declarant: video hūc hoieȝ ridere
⁊ hunc: intellectꝰ format hanc vl'em ppositionē: oīs
hō est risibilis ⁊ tūc sic pcedit: hō vl ē ens vl'n ens
nō sm: q2 risibilis: ⁊ sic deinceps: vt dixi supra. 5.
Iteꝝ: ꝯ id qd approbat: Cōmētatoꝝ: vȝ ꝙ debeāt
sumi accidētia ppria: solet induci hoc monuū: capiā
tur hec spēs substantie. A. B. C. ⁊ sumant duo acci
dentia cōia: E. ⁊. F. E. sit cōe. A. B. F. B. C. cōstat
ꝙ. E. F. ducunt intellectū in cognitionē. B. ex quo
nō ꝯsentiunt. A. nec. C. ergo. B. solutio est: illa duo
accidentia in proposito sumuntur vt propria. Po/
stremo cōsiderandū est: in dictis Aristotelis ⁊ Auer/
rois nō paruam videri contentioneȝ. 7. methaphisi/
ce. 4. substātia est prior cognitione: diffinitione ⁊ tē/
pore: ⁊ per eam cognoscit accidens: ⁊ dicit ibi Auer
rois: substantia apud nos est manifestior accidenti/
bus. 4. methaphisice. 4. substantia sensibilis est pri
muȝ in cognitione: primo phisicorum. 3. composita
causata ex elementis sunt notissima apud nos. Iteȝ
primum cognitum in scientia est subiectuȝ ⁊ est sub/
stantia: ergo. 1. methaphisice. 4. sicut res se habȝ ad
esse: ita ad cognosci: ergo substantia prius cogno/
scetur quā accidens. Ex alia parte. 7. methaphisice
10. que sunt minoris pfectōis sunt prius nota: prio
physicoruȝ. 4. oȝ incipere a notitia accidentium vni
uersaliuȝ. 6. methaphysice primo: non possum sciri
substantie nisi ex accidentibus presenti lectione: acci
dentia magnaȝ partem conferunt ad cognoscendum
quodqd est: ergo accidēs prius intellectui presenta/
bitur ꝙ̄ substantia. Sunt in hac materia tres opi/
niones: prima est scoti qui arbitratur ꝙ in sensu exte
riori ⁊ interiori recipiantur tantum similitudines re
presentatiue accidentium: a fantasmatibus autē cau
sative in intellectu tantuȝ species accidentis: veruȝ
quia accidens est effectus sbe: per talem spēm po/
test intellectus habere aliquaȝ notitiam substantie sȝ
imperfectam: substantia enim terminat dependen/
tiam accidentis: cum ergo illa spēs representet acci/
dens dependens a substantia: per consequens de/
terminatur illa species ad representanduȝ terminū
dependētie: voluit itaqȝ scotus ꝙ accidēs existeret
primū cognitū: ⁊ ꝙ substantia nō cognosceret per p/
priaȝ speciē ⁊ distincte ⁊ qditatiue p statu isto: in ter/
tia distinctiōe primi habuit Scotus hoc fundamētū
spēs intelligibiles causant in intellectu a fantasma/
tibus que sunt silitudines tantū accidentiū: ergo nō
possunt causare spēs substātie: hec opinio licet in se
tueri possit: nō tn̄ satisfacit comētatori. ij. methaphy/
sice. j. si impossibile ingt esset intellectū nostrū intelli
gere substātias abstractas: ociose egisseȝ natura: quia
fecisset qd est in se natr intellectuȝ nō intellectuȝ ab
aliquo. 2. phisicoꝝ. 47. nihil est icognitū homini. 3.
de aīa. 36. hō ē felicitabilis pro statu isto ergo cogno
scitiuꝰ Dei. Putant Thomiste ꝙ in sensibus reci
piant silitudies accidentiū tantū: verū a fantasmate
accidentis virtute substātie a qua causatū est: ⁊ virtu
te intellectus agētis pōt in intellectu pduci species
substātie: veluti calor nālis virtute aīe producit car/
nem: intelliget itaqȝ prius substātia ꝙ̄ accidens: ⁊ p
ppriam speciē: hec opinio nō satisfacit Auerroi. 2. d
aīa. 63. 65. volenti virtutē cogitatiuā habere ptātē co
gitādi itentiōes indiuiduales. x. pdicamētoꝝ: vñ for/
ma nunꝙ̄ acqrit ab intellectu agente esse intellectū
qn prius ab agente sensationē acquisierit esse cogita
tū: cogitatiua. n. ⁊ intellectus in essendo ⁊ in operan
do se cōcomittant. Voluit itaqȝ comētator formas
substātiales ⁊ accidentales a sensu ⁊ intellectu pcipi
posse scdm aliud ⁊ aliud esse: ⁊ spēs substātie in sen/
su exteriori nō est sensatio: sȝ in cogitatiua tantū: itel/
ligetur ergo sba prius accidēte: ⁊ p ppriaȝ specieȝ: ⁊
habebit esse substātia in sensibus nō vltimate abstra
ctuȝ: sed de his loco suo pertractabit: satis est nūc sci
uisse substantiā prius distincte: accidēs vero prius
cōfuse pcipi posse.

Tex. comen. 12. 13.

Sententia textus cōmenti. 12. talis est: cū intelli/
gere sit vel imaginari vel non sine imaginari nullus
videt esse proprius affectus aīe sine corpore: at hoc
certissimū existit: operationē aīe abstractā esse posse
si operatio ppria anime inueniat: ⁊ si nullus proprius
affectus anime existat: nō est ipsa anima vl' eius ope
ratio separata: sed erit de aīa perinde atqȝ de recto
cui multa quideȝ vt rectum est cōpetunt: veluti pun/
cto eneaȝ pilaȝ tangere: non tamē ipsum vnꝙ̄ sepa/
ratum tanget: est enim inseparabile quippe cum sp
aliquo cum corpore sit: ⁊ sensus est: quēadmoduȝ re/
ctum est medio modo se habēs inter pure abstractas
⁊ materialia: ita ⁊ aīa humana: ideo exemplum Ari/
stotelis fuit suo pposito aptissimum: intelligit nāqȝ
intellectus noster intellectione opatione penitꝰ inor/
ganica: veluti ⁊ intelligentie celestes: pper tn̄ colli
gantiam quā hȝ intelligere hois cum imaginatione
⁊ virtute organica assimilatur anima nostra animabꝰ
brutorum sensitiuis.

Auerrois. Comēto. 12. prio dic̄ vtꝝ oēs actōes: ⁊
passiones aīe nō inueniant nisi p cōicationē corporis
⁊ sint cū hoc actōes ⁊ passiones in rebus existentibꝰ
in corpore. i. nunqd operationes aīe sint organice: ⁊
colligate cum virtute organica: ⁊ subdit Comētator
aut inueniet in eis aliqd nō habens cōicationē cū cor
pore: neqȝ indigēs in actōe ⁊ passione ppria aliquo
existēte in corpore. i. vtrū reperiat aliqua opatio aīe nō
organica neqȝ colligata cū vtute organica: ⁊ supplē/
duȝ est: nūqd sint alique opatōes nō cōicate corpori
colligate tn̄ cū virtute organica. Amplius inducit
secūdo Auerrois duas ppositiōes scitu ⁊ attētiōe di/
gnissimas: pria ē: possibile ē: vt aliqd n̄ cōicās corpi
sit existēs in rebꝰ existētibꝰ i corpe. Scda ē possibile

est vt actio alicuius nõ cõicantis corpori sit non existens in aliquo eoꝝ que sunt in corpore: sensus prie est: intelligẽ humanũ non est cõicans corpori: idest non est operatio organica: sed est existens in rebus existentibus in corpore. i. est colligatuȝ cum virtute organica: necesse est eiȝ intelligentẽ fantasmata speculari: vnde cogitatiua ⁊ itellectus cõnexe sunt ⁊ in essendo ⁊ in opando: ⁊ hec est cã ꝙ intellectꝰ humanus non dicit̃ simpliciter abstractus. 12. methaphysice. 51. Scḋa propositio vera est de intelligere intelligentiaruȝ: talis eniȝ operatio nõ est cõicans corpori. i. nõ est organica: neqȝ existens in aliquo eoꝝ que sunt in corpore. i. non colligata cũ virtute organica: ⁊ ne dẽtur plures intelligẽtie ꝙȝ nouẽ: itellectꝰ agẽs erit Deus: a quo intellectu agẽte pendet celuȝ ⁊ natura. 12. methaphisice. 38. ⁊ qꝛ intellectus possibilis humanus est pura potentia nõ põt se cõprehendere per essentiaȝ propriã: qꝛ tunc ipe esset sua intellectio ⁊ per ꝯsequẽs actus: sed hec aperient̃. iij. de anima.

Rursus ait Auerrois: in primo instrumẽto sensus nõ apparet passio manifesta apud sentire sicut apparet in iracundia ⁊ verecũdia: ⁊ in alijs passiõibꝰ: intelligẽ aũt valde latet ⁊ multã hȝ dubitationẽ: existimatum est. n. ꝙ passio eiꝰ ꝑpria nullã hẽat cõicationẽ cuȝ corpore: sensus est: opationes virtutis cõcupiscibilis requirunt motũ corporis realem: in primo instrumento sensus qḋ vel sit sensus cõis vl̃ cor: vel visus qui est multũ spũalis ñ ĩuenit̃ operatio sensitiua que corpus realiter alterari exigat: intelligere vero hois nõ est opatio organica: lȝ colligata sit cũ viribꝰ sensitiuis: ⁊ subdit Auerrois: de vnaquaqȝ istaꝝ virtutũ sunt sicut diximus due qõnes: quaꝝ vna est: vtruȝ sit possibile vt actio eaꝝ habeat cõicationẽ cuȝ corpore aut non: idest vtrum sit operatio virtutis in corpore seu organica postea si nõ habeãt cõicationẽ cum corpore: vtrũ actio eaꝝ sit p res ⁊ in rebus cõicantibus corpori: aut est de eis aliqḋ nõ cõicans oĩo. i. vtrum si sit opatio inorganica: sit deinde colligata cũ virtute organica aut nõ: verũtamẽ: ille due declarate ꝑpositiões his ambiguitatibꝰ abũde satisfaciũt. Iterũ inqt cõmentator: hec est sñia eiꝰ in itellectu materiali scilȝ ꝙ ẽ abstractus a corpore ⁊ ꝙ impossibile ẽ vt intelligat aliqḋ sine imaginatõe: ⁊ nõ intẽdit per hoc: hoc qḋ apparet ex hoc sermone sufficietenus. s. ꝙ intelligere nõ fit nisi cum imaginatõe: tunc enim intellectus materialis erit generabilis ⁊ corruptibilis: sicut intelligit Alexãder ab eo: sensus est: ex hoc ꝙ intelligere nõ fit nisi cum imaginatõe: non colligi põt intellectuȝ humanũ generabilẽ esse ⁊ corruptibileȝ: quia operatio intellectus licet sit cõiuncta cum imaginatione: nõ tamẽ talis operatio ẽ organica: quare Alexander errauit existimans intellectũ esse mortalem: quia eius operatio colligata erat cuȝ virtute organica: veritas itaqȝ peripatetica est: ꝙ intellectꝰ humanus est abstractus a corpore. i. non causatus a corpore: eius tamen operatio non est abstracta: intellectus enim possibilis vt perfici possit omnibus intellectionibus suis puꝝ potẽtiale in genere intellectuũ: habuitqȝ colligantiam cum viribus sensitiuis. Et si dicas intellectus est abstractus: ⁊ operatio sequitur formam: ergo operatio est abstracta. Solutio est: operatio propria sequitur formam abstractam: cum eniȝ omnis intellectus sit virtus non organica: erit ⁊ omnis intellectio operatio nõ organica: intellectus autem qui nullaȝ habet colligantiam cum sensu est simpliciter abstractus: ⁊ eius operatio exactissime nominat̃ abstracta: at intellectus qui cũ sensibus affinitateȝ hȝ nõ est simpl'r abstractus: ⁊ eius operatio propria existit: non abstracta.

¶ Auerrois cõmẽto. 13. p'io dicit: cũ demonstrauit ꝙ querendũ est prius vtrũ aliqua actionũ aut passionuȝ anime sit extra corpus: ⁊ si fuerit: vtrũ est cuȝ eo qḋ est extra corpus: extra omne existens in corpore: sensus est: vtrũ si sit aliqua operatio inorganica: illa sit colligata cũ sensu: vel nõ. Dicit scḋo: incepit demonstrare hic ꝙ si fuerit aliqua passio anime propria i. sine corpore: possibile est vt sit abstracta: ita ꝙ illa actio aut passio nõ sit in rebus existentibꝰ in corpore: sensus est: si operatio fuerit inorganica. possibile est vt sit abstracta: vñ operatio propria est virtutis nõ cõstitute in esse p corpus: operatio abstracta est operatio nõ organica: neqȝ colligata cũ virtute organica: omnis operatio abstracta est ꝑpria: at non oĩs ꝑpria est abstracta: ⁊ hec est causa ꝙ Aristoteles non fecit ꝯñam in propositionibꝰ de inesse. Dicit tertio: ⁊ si nõ habuerit aliquã actioneȝ propriã: impossibile est vt sit abstracta: quãuis actio eius sit in rebus existentibus in corpore: sensus est: si sit opatio organica: ipossibile est vt sit abstracta: qꝛ actio eius est in rebꝰ existẽtibus in corpore. i. est organica: ⁊ ita ly quãuis nõ accipitur aduersatiue: sed positiue ⁊ assertiue. Dicit quarto: si aliqua actionũ aut passionuȝ anime nõ indiget instr̃o corporali: possibile ẽ vt sit abstracta: qñ̃ si non est in rebus existentibꝰ in corpore: necesse est vt sit abstracta: ⁊ si est in rebus existẽtibus in corpore: necesse est vt sit nõ abstracta: sensus est: operatio nõ existens in rebus existentibꝰ in corpore. i. nõ colligata cum virtute organica: opus est vt sit abstracta: ⁊ si extiterit colligata: necessario erit non abstracta: quare cõcludit. Cõmentator: si nõ sit intelligere intẽtiones imaginabiles. i. quiditates mãles existentes in fantasmatibꝰ necesse est vt sit actio sempiterna ⁊ abstracta: ⁊ si impossibile est vt sit sine imaginatione: tunc actio eius erit nõ abstracta: quãuis intellectꝰ sit abstractus ab eo: duo. n. exiguntur ad opationẽ abstractam copulatiue: non esse autem constitutum per corpus facit intellectum abstractum.

Digressio Auerrois.

Et est manifestum sicut. Digressio h' tẽdit ad hoc vt declaret̃ moduȝ arguendi ab opposito añcedentis ad oppositũ ꝯsequẽtis sepenumero valere: vnde est aduertendũ: ꝙ a ꝯditione necessario requisita nõ tñ adequata colligitur effectus cũ contingenti nõ simpl'r sȝ merito illius ꝯditõis nõ adequate: quare pempto añte pimit̃ oĩode ꝯñs: abolitio aũt ꝯñtis limitati merito ꝯditõis nõ adequate cã est destruẽdi antecedẽtis: ⁊ qꝛ ꝯñs sublatum de inesse ⁊ de possibili nõ destruebat añs: ideirco fuerunt posite regule nõ pugnãtes regulis Aristo. ab effectu tñ ad cõditionẽ nõ adequataȝ necessaria est cõnexio. Exemplis hec d'clarant̃: si hoc visibile est aial: possibile est vt sit hõ: merito aialitatis: sed hoc visibile nõ est aial ḡ impossibile est vt sit hõ. ⁊ impossibile est vt sit hõ merito aialitatis: itaqȝ destruit̃ ꝯñs ex opposito añtis ⁊ limitatum: ⁊ nõ limitatuȝ: pempto ꝯñte limitato: perimit̃ añs: nõ aũt si destruat̃ ꝯñs nõ restrictũ cõditione nõ adequata: destruit̃ añs: nõ. n. vȝ: impossibile est vt hoc sit hõ: ḡ nõ est aial: sed bona est hec illatio ipossibile

impossibile ē vt hoc sit hō merito animalitatis ergo nō est animal. Iterū: hoc est quādo tempus est: ergo pōt mensurari tempore: ergo si nō erit verū dicere: hoc est quādo tempus est: nō erit verū dicere: potest mensurari tempore: nō valet tñ: nō pōt hoc mensurari tēpore: ergo nō est quādo tēpus est: ita in pposito: si sit operatio aīe propria: pōt esse abstracta: ergo si nō est ppria: impossibile ē vt sit abstracta. Ex hac fundatissima declaratiōe infero corolarie credentes Aristo. argumētari in terminis cōuertibilibus errasse: puto etiā nō dari ꝯsequētiā bonā ꝯtingentē nō necessariā: vt qdam volunt Themistiū ⁊ Auerroim voluisse: cessant quoqꝫ limitatiōes modernoꝝ: volo enim regulas has Themisty ⁊ Auer. nostro mō intellectas ī omni mā tenere: hec sunt que circa comētū. 12. ⁊ decimūtertiū vobis aperiēda decreueram.

Tex. comē. 14. 15.

Sentētia. 14. 15. stat in hoc. Quia variatis humanis complexionibus mutat̄ ⁊ intelligere humanū intendit Aristo. aperte cōcludere operationē intellectus nostri nō esse abstractā ob colligantiā quā habꝫ intellectus cū virtute organica sibi deseruiēte: ⁊ cū in celo nō sint qualitates prime ex quaꝝ mixtione ⁊ refractiōe cōsurgat cōplexio: erit intelligere celi operatio simplr̄ abstracta: ⁊ intelligentie celestes simplr̄ abstracte nullaten͛ cū sensu colligate. Quare ꝺ oī aīa nō simpliciter abstracta erit ꝯsideratio penit͛ nālis.

Auer. comēto. 14. dicit: oīs passio facta cum alteratiōe ⁊ transmutatiōe. s. corruptiua: nō pfectiua: est in corpore necessario: aut ē virtutis ī corpore: ⁊ hoc ideo dictū est: q: passio corruptiua ptio ⁊ p se cōmunit̄ in corpe: p se nō ptio in virtute corporea. Preterea ē aduertēdū qꝫ lꝫ intellect͛ possibilis sit receptiuus de nouo: non tñ subijci pōt alterationi reali: in pte. n. aīe cōprehensiua nō ē trāsmutatio: neqꝫ alteratio: q: cognitio potius est relatio q̄ꝫ qualitas vt dixi. 7. phi. 20. quare cum itellectus possibilis soluꝫ recipiat in esse intentōali: nullo pacto in esse reali: cōprehensio nō est aliqd factuꝫ in se sed in respectu ad nos: ⁊ hec oīa pendēt ex hoc fundamētoi vna forma numero realiter in mā scōꝫ esse reale: in itellectu existit scōm esse abstractū intentōale: si. n. nō esset eadē forma numero sub diuersis eē in re ⁊ itellectu forma in itellectu realr̄ distingueret̄ a forma in re: cū essent in subiectis realiter distictis. Amplius solent hic īduci due difficultates. Pria ē: vtrū corp͛ equalr̄ cōcurrat ad passiōes ꝯcupiscibiles ⁊ sensitiue. Solutio ē: corp͛ ſm tēperamētū ⁊ distēperamētū ad passiōes cōcupiscibiles ꝯducit: at sensatiōib͛ vero deseruit sꝫ tēperiē: tō senes: ppter magnā quā habent itēperiē: cū sint multū terrestres: magna cū difficultate percipiūt. Scda difficultas ē. ꝑ politicoꝝ: aīa est dn̄a corporis: hic Aristo. aīaꝫ ꝯstituit corpori subiectā. Solutio ē: aīa itellectiua ē subiecta corpori: quatenus necesse ē itelligentē fantasmata speculari: ē vo aīa dn̄a corporis: qn̄ rō dn̄at̄ appetitui: vbi. n. appetit͛ inclinat ad malū: rō sp ad optima ducit. Postremo ait Auer. comē. 15. māifestū ē qꝫ ꝯsideratō ꝺ aīa ē nāl̄ aut de oī aīa: si oīs aīa ē talˀ: aut ꝺ aīab͛ q̄ ꝺclarāt̄ eē mā les: documꝰ ī pricipio lectionū q̄ aīa sit ꝺ iure qditatiuo nālis phi: q̄ methaplī: oēs tñ aīas ea lege qua aīe sunt intrare ꝯsideratiōeꝫ nālēꝫ: ⁊ cū aīe declarate eē māles solū qditatiue a nāli ꝯsiderent̄: ⁊ intellect͛ possibilis ptineat ad nālēꝫ: assero intellectū possibileꝫ formā eē mālēꝫ: hac rōne: q: vnit̄ materie in potētia.

Tex. comē. 16. 17. 18.


Sn̄ia. 16. 17. 18. stat in h̄. Quia tractare dēiaꝫ īter mōs diffimēdi qb͛ varij artifices vtūt̄ ad logicū spectat: iccirco Aristo. digrediēdo aliq̄ten͛ a proposito introducit differentiam inter artifices quantum ad modos diffiniendi: his propositionibus: dialectic͛ per formam diffinit: naturalis per materiam: iste diffinitiones sunt logicales: ira est doloris vlciscendi cupiditas: domus est custodia ⁊ defensio a ventis: imbribus: caloribus: frigore: he vero naturales: ira est ebulitio sanguinis circa cor: dom͛ ex lignis ⁊ lapidibus integratur: ⁊ diffinitio que materiam complectitur ⁊ formam naturalis omnino censenda est: alia propositio est: passiones non abstractas vt sunt a natura: speculatur naturalis: vt vero ab arte ⁊ voluntate dependent: considerantur ab artificibus mechanicis: at mathematicus ꝓsequitur ea que sunt abstracta ſm rationem tantum: diuinus abstracta tam ſm esse q̄ꝫ ſm rationem: sed quicquid sit: satis est habere passiones ꝯcupiscibiles non esse abstractas ſm esse: neqꝫ ſm diffinitionem: in quaruꝫ passionū rōnibus necessario ponēdum est subiectum.

Auerrois Cōmento. 16. primo dicit: intentio alicuius est hoc. i. vt mihi videtur intentio alicuius ſm qꝫ est ens est hoc: ⁊ subdit paulopost: necesse est vt illa intētio ſm qꝫ est hoc existat in materia que habeat talem dispositionem. s. que sit hoc etiam ⁊ sit per aliquam intentionē existentē in ea: ⁊ sicut necesse est vt intentio existat in materia ſm qꝫ est hoc: ita necesse est vt sit modus acceptionis eius in diffinitione ⁊ si non: erit accepta intētio alio modo ab eo q̄ꝫ est: sensus est: forma lapidis ſm esse intentionale ſm quaꝫ lapis est ens: est hoc. idest est forma lapidis existēs in materia lapidis: vnde eadem numero forma ſm esse reale est principiuꝫ indiuiduationis: ſm esse abstractum est principium vniuersalitatis: ⁊ hec est cā qꝫ Auerrois dicit hic: necesse est vt illa intentio ſm q͛ est hoc existat in materia. Amplius dicit. 2. Cōmentator: qui accipit materiam in diffinitione ⁊ dimittit formā: diminute accipit: qui auteꝫ accipit formam ⁊ dimittit mām: existimat̄ qꝫ dimittit aliqd non necessariū: sꝫ nō est ita: qm̄ forma dꝫ accipi in diffinitionib͛ ſm dispōnes qbus existit. Sensus est: cū forma semp cū mā intelligat̄. 4. physi. 16. 3. de aīa. 9. vn̄ eadē cognitiōe cognoscit̄ forma ⁊ mā: forma p se: mā p accidēs: veluti ⁊ eadē intellectiōe intelligit̄ vlē p se ⁊ singulare p accidēs: quare forma cū sit tota qditas rei ⁊ essentia: mā ponit̄ in diffinitiōibus rerū nālium tamq̄ꝫ vehiculuꝫ ⁊ defferens formam.

Auerrois Cōmento. 17. prio dicit: qꝺ aūt ex istis formis ⁊ passionib͛ nō est p mām: sed p volūtatē cōsiderandū est ab artificib͛ mechanicis: vt carpētario ⁊ medico: sensus est: passiones vt sunt a nā: a nāli cōsiderant̄: vt p artē: a carpētario ⁊ medico. Est aūt medicus artifex mechanic͛ quantū ad opari: nō quātuꝫ ad sciēduꝫ qualitatē ⁊ modū opandi: vn̄ soleo dicere medicina vt est acqsita ex assuefactiōe ⁊ experiētia singularū est ars mechanica: est ꝺinde scīa: quaten͛ in ea tractant̄ ppositiōes p quas hō dirigit̄ in opus propinque vel remote: habitui nāqꝫ practico duo actus correspondēt elicitus. s. ⁊ directus: merito actus eli

citi est habitus practic° scientificus: rōne actus dire ctis: talis habitus mechanic° dici pōt. Ampli° inq̄t Auer. ea que intellect° intelligit ƒm abstractionē a mā lʒ in rei veritate nō separent: a mathe. ꝯsiderant de formis aūt que sunt abstracte in rei veritate .i. ƒm esse ⁊ intellectū ꝯsiderat prim° phs: sensus est: quedam sunt abstracta a materia tam ƒm esse q̄ʒ ƒm rationem: ⁊ de his est methaphysica: sunt ⁊ alia que a materia sensibili sunt abstracta ƒm rationem tantum: non ƒm esse: de quibus agit mathema. quedaʒ a mā simplr separari nō pn̄t: nec ƒm esse: nec ƒm rōnem: pn̄t tn̄ abstrahi ab hac vel illa mā ⁊ ita de reb° nālibus pōt tractari scientifice: ⁊ hec est cā: vt soleā dicere: vnūquodqʒ esse intelligibile īquatenus est a mā separabile aliquo istoꝝ trium modoꝝ. Et infero corolarie: si volumus ordinē abstractōis in trib° his disciplinis speculari: hic erit ordo. Diuin°. Mathematicus. Naturalis: si ordinētur merito eorum que sunt nobis magis sensata: hac lege disponētur. Nālis. Mathe. Diuin°: qr cū determinare de dicta ꝯsideratōis īter artifices sit mun° logicale vt Auer. asserit Cōmēto. 18. tēpus est: vt expedita pria summa: antiquorū opiniones sūmatī refferātur: ⁊ dicebat Auerrois. 2. physicoꝝ. 16. in logica declarat differētia īter artifices in vlī: in hac parte in spāli: ⁊ opinaꝰ lyncomēsis ꝙ ista ꝑscrutatio pertineat ad logicā istis disciplinis applicatā: que logica est quasi mediū inter logicam docētē ⁊ ceteras facultates: ⁊ est logica vtēs aut instrumēto aut maxia in logica declarata: q̄ ƒm ꝙ diuersis satisfacit facultatib°: diuersa sortitur noīa vt dixi prio physicoꝝ. 35. Postremo aduertēduʒ ꝙ dyaleticus alius est docēs: ⁊ est ille q̄ ꝓprias cōclusiones deducit ex primis: veris: īmediatis: priori bus: notiorib°: causisqʒ cōclusionis: alius est vtens: vtens: alius instrumento: alius maxima propositione in logica declarata: vtens instrumēto est duplex: est vtens instrumento pluribus facultatibus cōi: velut est modus diffiniendi p genus ⁊ differentiam: ⁊ demōstratio: est ⁊ vtens instrumēto vni tm̄ disciplīne deseruiēte: sicut est modus diffiniēdi p mām: qui phō nāli dūtaxat cōcedit: diffinitio ex genere ⁊ differētia logicalis vocaꝰ: cuʒ talis modus diffiniendi nulli artifici appropriet: retinet nomen cōis artificis: at diffinitio p mām nālem: nālis censetur: quia nāli appropriatur: hoc fundatissimo documēto intelligens cur peripatetici appellauerint diffinitiōeʒ ex genere ⁊ differentia logicalem: eā vero que est per mām: nālem: cum tn̄ nihil sit ꝙ possit subterfugere ambitū secūdaꝝ intētionū de qbus differit logicus. Hec igitur sunt que huius prime summe ꝓpositōes (vt reor) relictis supfluis resolute manifestant.

¶ Tex. Cōmenti. 19. 20. 21. 22. 23. 24.



T obcm° ꝑdicer.

Presenti summa que est a Textu Cōmē. 19. vsqʒ ad. 36. varie antiquoꝝ de aīa refferunꝰ sn̄ie: veruʒ qr aīatum ab īaīato motu: ⁊ sensu differebat: iccirco alij diffinitiōeʒ aīe motu: alij sensu collegerunt: alij motu ⁊ sensu a. 20. vsqʒ ad. 25. īducunꝰ opiniōes eoꝝ q̄ motu nām aīe inuestigauere: ⁊ sn̄ia stat i hoc. Democritus. Leucippus. Pythagoras: existimantes nihil mouere posse nisi ⁊ moueatur: putarunt animam mouere ⁊ moueri. Democritus animam ex athomis compositaʒ fecit: q̄ erāt nature ignee ⁊ figure rotūde: sūt nāqʒ athomi ignei actiuiores ⁊ formaliores ceteris: figura q̄qʒ rotūda motui ad oēm diꝝaʒ positiōis apta existit. Leucippus aīam nature aeree fecit: qr vita respiratōe ꝯseruaꝰ. Pythagorici aīaʒ dixerūt eē corpuscula q̄ agitāꝰ ī aere: nōnulli illa ꝺcutē corpuscula mouentē. Anaxagoras dixit aīaʒ mouere oīa: cōcessitqʒ intellectū separatū ⁊ īmixtū q̄ alia moueret: eo nō moto. Democrit° itellectū eē sensuʒ palaʒ affirmauit: at Anaxagoras min° clare id idicauit. ¶ Auer. comēto. 19. dicit: ea q̄ habent de aīa talē dispositionē: sunt duo sensus .s. ⁊ motus: aīatuʒ .n. non differt ab īaīato nisi sensu ⁊ motu .i. aīatū cui ꝯcediꝰ sensus: ⁊ motus nālis ad oēm diꝝaʒ positiōis (augenꝰ nāqʒ aīata oīa subcelestia nālr) differt ab īaīato sensu ⁊ motu ꝑdicto: diꝝa sumpta ab opationib°. In calce. 21. dicit: hec ē dispositio quā existimabāt eē ꝓpriā aīe .s. q̄ si mouet corp° ⁊ moueꝰ semꝑ: vn̄ nō est op° aīaʒ moueri si moueat. Est nāqʒ aduertēdū: sunt corpora nālia p se mobilia localr forme cāte mobiles p accidēs in rei veritate: intelligētie depēdentes mobiles p accidēs rudiuscule existūt: quaten° videlicet orbes planetaꝝ a pria mediate reuoluūtur: prīs intelligētia penit° īmobilis īuenīꝰ. Comēto. 21. dicit hoc aūt fuit pp tria: quoꝝ vnū ē in a. grēdo locū illi° qd̄ exiuit: scdm̄ ē ad ꝓhibēduʒ plura corpora itrinsecus ab exitu: tertiū vt adiuuet ⁊ ēt in expellēdo illd̄ qd̄ ꝯstringit ⁊ qd̄ cōgregat ea: ⁊ dicūt ⁊ iō fuit vita dum aīal pōt facere hoc. Sensus ē: p athomos attractos suppleꝰ locus discedētiū athomoꝝ: alr statī dissolueretur aīa: nō pmittuntqʒ athomi ꝑdicti athomos aīe ita ꝺ facili recedere: imo athomi ex q̄bus aīa ꝯponiꝰ vigorantur pn̄tib° athomis attractis. Cōmento 22. dicit: oēs ꝯueniūt in hoc: ꝙ mot° ē ꝓprius aīe: verūtamē sciēduʒ ē ꝙ mot° circularis ē ꝓprius aīe. scdo capitulo de sphā orbis: ad hunc sensuʒ: ꝙ nulla forma mouet circulariter nisi aīa: pn̄t ⁊ aīe subcelestes mouere versus oēm diꝝaʒ positiōis. Comēto. 24. ⁊ nō est sicut existimauit: qr nō videmus intellectū existē eodē mō in oīb° hoīb°: nedū existere in oīb° aīalib°. Sensus ē: itellect° nō ē eodē mō i hoīb°: ob varias hoīuʒ cōplexiones: ⁊ qr hō ⁊ bruta sunt alteri° ⁊ alterius rōnis: ideo ⁊ forme eoꝝ: ergo sensus ⁊ itellect° nō erūt ideʒ: virtus quoqʒ sensitiua pcipit formas nō scdm̄ eē abstractū: itellect° vero abstracta speculaꝰ.

¶ Tex. comē. 25. vsqʒ ad. 36.

Et ponētes pricipia anime.

¶ Sn̄ia huius ptis staꝰ in hoc. Qui diffinitionē aīe sensu ⁊ cognitōe afferebāt: aīaʒ ex principijs rerum cōstitutā fecerunt: ⁊ hoc modo ⁊ ipsa principia ⁊ ea que ex principijs nascebanꝰ cognoscē poterat. Empedocles testaꝰ aīaʒ ꝯpositā eē ex quattuor elemētis ⁊ amicitia ⁊ lite: ⁊ inducit Themistius hoc carmen non pretermittendum.

Terrea pars terras: pars vndea cōspicit vndas.
Aethera diuʒ ether: vis ignea percipit ignes.
Pax pacem monstrat: litem lis aspera sentit.

Fuit nāqʒ oium antiquoꝝ dogma: similib° cognosci similia: ita ꝙ forma scdm̄ idem esse apud veteres in materia repetiebatur ⁊ virtute cognoscitiua: ⁊ cum Auer.

Auer. dicit cometo. 25. sed fuit cōtentus dicere rez lo
co cōsequentis. i. valebat ista cōsequētia quidam po
nebant principia plura vno: ergo aia ex multis pn/
cipijs cōstituta erat: sed Ari. in textu posuit rem. i.
ancedēs loco cōsequētis: & paulopost inquit Auer. &
quidā eoꝝ qui ponebāt vnu principiū: ponebāt vnā
aiam: sed fuit cōtētus hic cōsequēte loco rei ecōuer
so et qd fecit prio. i. Aristoteles in textu dixit: qdaꝫ
ponebāt vnaꝫ: & dedit intelligere ꝙ illi qui. vnū tm
principiuꝫ concedebāt: faciebāt animam ex vno tan
tum principio cōstitutaꝫ.

¶ Textu Cōmenti. 26. Plato in timeo aiam ex ele
mentis cōstare putat: simile nāqꝫ eius quoqꝫ sentē/
tia simili cognoscebat: & addit Auer. pricipia cogno
scunt p sua similia ergo principia dignoscuntur per
pricipia: & cum cōiungemus huic ꝙ anima cogno/
scit res p principia earum: continget ex hoc ꝙ ani/
ma sit principia: hec enim sunt ꝓprietates ꝯuertibi/
les. Amplius arbitrabat Plato aial ipsum ex ipsi⁹
vnius idea & ex longitudine pria & latitudine ꝓfun/
ditateue ꝯstare: cetera vero simili mō: & addit Auer.
& opinabat ꝙ longitudo cōponit ex dualitate: qꝛ li/
nea fit ex duob⁹ pūctꝭ: & latitudo ex tritate: qꝛ fit cuꝫ
lōgitudie ex trib⁹ pūctꝭ: & spissitudo ex qternitate: qꝛ
fit cū longitudie & latitudine ex qttuor pūctꝭ: qm̄ cuꝫ
opinabat ꝙ numeri sunt principia oium: fuit neces/
se apud ipsuꝫ vt pncipia numeroꝝ sint principia ge/
nerū esse sensibilis: & alij numeri q opponunt ex pn/
cipijs sint principia ēt rerū particulariū: itaqꝫ princi
pia aialis simplicis est pria vnitas: & pria dualitas
& trinitas: & quaternitas: pncipia aūt alioꝝ aialium
sunt alij numeri: & dicebat Themistius: dixi veras
vnitates ac simplices: qꝛ numer⁹ qui ad incorporea
pertinet nō ꝯstat ex ijs vnitatibus que corporali na
ture mortaliqꝫ tribuūtur: nullum. n. corp⁹ pfecte vnū
est: qꝛ distrahi pōt subinde in plura vnis: imo īfinitē
secari quāobrē numeruꝫ illū tanqꝫ ex spēb⁹ & formis
collectū formalē seu specificū appellabant: ꝫqꝫ ei⁹
generꝭ nūeros vt rerū formas & spēs p dicabāt: atqꝫ
huic snīe versus ille d proximo cōgruit queqꝫ suos
retinēt numeros: numero oia ꝯstant: elemēta igitur
mundi intelligibilis quem p se alter vocāt: prima &
summa ex specificis numeris prodire ideas: vni⁹
ideam: primi binarij: ideam primi trinarij: ideā pri/
mi quaternarij: qūo. n. necesse esset vt in mūdo intel
ligibili idee & principia mundi sensibilis spectarent
sensibilis aūt mundus ex longitudine: latitudine: ꝓ
funditate cōstaret: ideā longitudinis primuꝫ bina/
riuꝫ statuerūt: qꝛ vnius ad vnū directio. i. a puncto
ad punctū extractio longitudo est: longitudinis & la/
titudinis iunctim ideā primū ternionē: & hꝫ latitu/
do rōnem ternarij: qꝛ nunqꝫ est assignare supficiem
rectilineā: quin ibi sit inuenire tertiū punctum: itaqꝫ
triāgulus in quo figurant tria puncta est pria figu/
raruꝫ rectiliniarū: profundū aūt seruat primuꝫ qua/
ternariū: nam posteaqꝫ cōstituim⁹ supficiē trilaterā:
vbi est figurare tria puncta: si cupimus formare cor/
pus: opus est assignare quartū punctuꝫ: & fiet pira/
mis: est eniꝫ piramis pria solidarū: veluti triāgulus
est prima supficialiū: quare cū idee sint quiditates &
principia sensibiliuꝫ: longitudo: latitudo & altitudo
prius reseruant in ideis qꝫ in his sensibilib⁹: idea er
go longitudinis est pria longitudo: & idea dualitatꝭ
idea latitudinis ē pria latitudo & idea ternarij: idea
vero altitudinis est pria altitudo & idea quaternarij.

Postremo inqt Auer. & dicūt ꝙ opinio Platonis
in timeo d aia est ꝙ aia est nā media. s. inter formas
abstractas īdiuisibiles & int formas sensibiles diuisi/
biles fꝫ māꝫ: Themisti⁹ aūt dicebat ꝙ Plato intēde
bat p istaꝫ nām mediā intellectuꝫ inter oēs ptes aie:
cum suū esse sit mediū inter formas māles & abstra/
ctas: cū igitur aia humana incorporea cōprehēderet
& corporea: existimat aiam cōponi ex partibili & im/
partibili: verūtn̄ sciendū est ꝙ rō aie media est inter
formā abstractā & formā penitus mālem. 2. celi. 3. cuꝫ
rōeꝫ aie potius ꝯsequat appropriatio qꝫ abstractio.

¶ Textu comēti. 27. Erat & aliud genus quo veteres
de aia solebāt exponere. cum. n. aia pluribus vtatur
potestatibus ad capescēdas rerū cognitiones: intel
lectu: sciētia: sensu: opinione: eam cōpositaꝫ ex vni/
tate: dualitate: trinitate: & quaternitate fecerūt. Di
cit Auer. per intellectū intendit primas ꝓpositiōes
& dixerūt ipsum esse vnum: qꝛ scire propositiōes est
vnius scientie. i. vnius actus: quo pricipijs assenti/
mus: principia. n. cognoscim⁹ quo terminos cogno
scimus. 1. poste. capi. 2. & intendit per sciam: ꝯclusio/
nem: & dixerunt ipsaꝫ esse dualitatē: qꝛ est processus
ab vno & ad vnū: & dixerūt ꝙ existimatio ē numerus
superficiei. s. trinitatis: est. n. ab vno ad duo: naꝫ cō/
clusio in eo est vera & sepe falsa: opinione. n. qs pōt
& vero cōsentire & falso: & dixerunt etiaꝫ ꝙ sensus est
quaternitas cum sensus nō habeat percipere nisi for
mas corporales.

¶ Textu comēti. 28. Cum igit aia motiua esset & co/
gnoscens: qdam aiam numerū seipsuꝫ mouentē asse
ruerunt: hi ex eo ꝙ numerū vocabant intelligi vole/
bāt cognoscēdi viꝫ que haberet in aia: ex eo vero ꝙ
ipsum se mouentē dicebāt facultatē eius mouendi &
agitādi monstrabāt: porro oēs q propriū aie consti/
tuūt cognoscere & contēplari: qꝛ id nō putant aliter
posse cōtingere: nisi ex initijs rerū ꝯstet: prout qsqꝫ
diuersa d initijs sentiūt: ita inter se de aia discrepāt.
Auerrois dicit: & maxima diuersitas est in nā prin/
cipioꝝ inter ponētes principia corporalia & ponen/
tes ea nō corporalia: cum iste due nature maxime dif
ferant: sunt. n. forme abstracte īmortales: indiuidua
les: infatigabiles: at forme causate a subiecto cadu/
ce sunt & diuisibiles & fatigabiles: primo capitulo
de substantia orbis.

¶ Textu Cōmenti. 29. approbāda est snīa eoruꝫ qui
opinabant aiam esse ex principijs: qꝛ mouet per se:
& dicit Auerrois: opinari. n. ꝙ natura principiorum
est mouens p se rectū est: & dicebat Themistius: qd
enim aut munitius: aut vero similius est qꝫ causam
vehemētissime agitātēꝫ: mouentēqꝫ cetera in nume
rum aliquē principioꝝ redigere. Aduertant qui ne
gant deum effectiue mouere celuꝫ: cum sit. n. princi/
pium: & principiū appropriate loquēdo dicat de cā
efficiente: primo physicoꝝ prlo: & causa efficiens pn
cipiuꝫ sit vnde motus. 2. physicoruꝫ. 28. mouebit de⁹
effectiue celuꝫ. Amplius nōnulli aiaꝫ esse de natu
ra ignis putabant: qnia subtilitas: acuitas: simplici
tas: mobilitas proprietates sunt ignis que & aie pa/
laꝫ conceduntur.

¶ Textu cōmenti. 30. 31. Democritus aiaꝫ & intelle/
ctuꝫ ideꝫ fecit: & ipsaꝫ ex primis & indiuisibilib⁹ cor/
poribus esse asseruit: Anaxagoras vero nihil constā
ter decernit: ponit tamen intellectuꝫ esse principiuꝫ
omnium reruꝫ & preponit ipsum omnibus: dicit. n.
ꝙ solus intellectus est simplex: mundus: purus. i.

abstractus a materia: non admixtus cuꝫ eaꝫ opinat enī ꝙ intellectus mouet omnia: ⁊ ꝙ non mouetur: ⁊ dicit Auerrois: iste sermo est magis vicinus veritati ⁊ sententie Aristotelis. s. ꝙ intellectus est ex principijs ⁊ ꝙ est causa cogitationis ⁊ motus est manifestum: ⁊ ideo laudabit ipsum post multuꝫ. 3. de anima 4. non poterat naꝗꝫ intellectus esse forma materialis si formas omnes materiales apprehēdere poterat: verum vt Cōmētator dicebat supra. 26. difficile possumus intelligere opiniones antiquoruꝫ: quia non sunt note apud nos: ⁊ qui sententias antiquorū inueniri conātur: eas menti Ari. conformes faciunt: quare nō vt opiniones veteruꝫ: sꝫ vt mens Ari. clarissime habeatur enixissime est elaborandum.

¶ Textu Cōmē. 32. 33. 34. 35. tales milesius: siue vt Auer. refert melissus q primus fuit phs naturalis ſm memoriā hominū: putauit animā esse principiuꝫ mouens per se: ⁊ dicebat ꝙ magnes hꝫ animā: quia mouet ferrū: ⁊ est aduertēdum ꝙ magnes nō trahit ferrū ad oēm differētiā positiōis nisi ꝯcurrēte motore aiato extrinseco magnetē huc illuc mouēte: vn̄ quēadmodū elemētuꝫ nō mouet nāliter simplr ⁊ per principiuꝫ intrinsecū ad partes ꝯrias: sed ad ꝓhibenduꝫ vacuū nihil vetat ipsum moueri versus oēs differētias positionis: ita ⁊ ferrū nō mouet nāliter simpliciter ad ptes ꝯrias: sed quatenus est alteratuꝫ a magnete nihil ꝓhibet ipsum moueri sursuꝫ: deorsum: ante: retro: dextrorsuꝫ ⁊ sinistrorsuꝫ. 7. physicoꝝ. 10. Amplius Diogenes aiaꝫ dixit esse aerē: quatenus aer elemētuꝫ erat subtilissimū ⁊ pricipiū oium aliorū: veruꝫ deceptus fuit: qꝛ esse subtilissimū cōuenit igni nō aeri. Iterū Eraclitus aiam esse vaporē credidit: tum qꝛ ex vapore erat cōstitutio aliarū reruꝫ: tum qꝛ: vapor erat valde remotus a corpore seu cōtrarietate: ⁊ hec duo vt inquit Auer. sunt in pncipio cōditiōes. n. pricipioꝝ sunt: nō fieri ex alijs: neqꝫ ex alterutris: sed oia que fiunt: fieri ex illis prio physi. 42. pricipiū aūt māle debebat esse remotū ab oi ꝯrietate: prio physi. 54. iō q vaporē pncipiū dixerūt melius nām materie ꝯtigerūt ꝙꝫ qui aliqō elemētū cōstituerunt pncipiū rerum nāliuꝫ. Item nō defuerūt qui putauerint aiam esse de natura celi: ⁊ ipsaꝫ esse aquā: cū sperma qō est pncipiuꝫ generatiōis sit valde humidū: ⁊ vita ēt cōstaret humido: tandeꝫ cetera elemēta suos assertores ⁊ iudices habuerūt: sola terra sectorē nō habuit: terrā nemo seorsuꝫ vel noiauit nisi qs dixit aiam ex oibus elemētis cōstare aut oia elemēta esse: ⁊ prio methaphysice prio t. 14. nullus phs posuit terrā esse pncipiū rerum nālium nisi ponentes leges: ⁊ poete: Homerus vꝫ ⁊ Hesiodus: antiqui itaqꝫ aiam motu: sensu: incorporeoqꝫ diffinierunt: crediderūtqꝫ aiam esse principia aut ex principijs: ꝙꝫ ꝗꝫ Anaxagoras solus cognatōeꝫ ⁊ affinitatē hanc sustulerit: ⁊ dicebat Themistius: Anaxagoras n. tamē si oia cognosci ab aia cōcederet: qꝛ tn̄ sincerum illū ⁊ mixtionis expertē putabat: nullam ei cuꝫ rebus quas cognosceret: similitudinē relinquebat: ⁊ ait Auer. 34. Anaxagoras solus dixit ꝙ intellect⁹ nō recipit passioneꝫ. i. nō est materialis ⁊ ꝙ in nullo hꝫ cōmunicatōeꝫ cum alio. 2. ꝙ nulla res oium quas intelligit est in eo: itaꝙ sit cōmunis eis in alia forma idest ꝙ nō est hoc: neqꝫ in hoc: idest neqꝫ est corpus: neqꝫ est virtus in corpore: ⁊ hoc nullus asseruit nisi Anaxagoras: sed non dixit Anaxagoras quo modo cōtingit ei vt intelligat omnia: verū ſm ꝙ est in actu aut ſm ꝙ est in potētia: neqꝫ dixit ēt quo de cā intelligit res que nō sunt intellectus in actu: sed de his 3. de aia ptractabitur. Et pro nūc est aduertēduꝫ ⁊ multuꝫ vtiliter: ꝙ ois intellectio siue fit p essentiam: que est forma abstracta: siue nō p essentiaꝫ: recipitur in intellectu nostro qui est pura potētia in genere intellectuū: sunt aūt forme males intellectōes nō per essentiā: ⁊ nō intellecte actu: qꝛ habēt aliud eē in re: aliud in aia: de quauis igit forma pierꝙꝫ de intellectu humano est verum dicere ꝙ est intellectio: ⁊ hoc fuit institutū a nā: vt ipse cōmode ⁊ expedite potuisset suscipere oēs intellectōes: quare intelligebat oia ſm ꝙ erat pura potētia: ⁊ qꝛ intelligere humanū colligantiā habebat cū sensu: iccirco poterat intelligere res que non sunt intellectus in actu. i. formas materiales: que intellectōes nō per essentiā fiunt fauore ⁊ beneficio intellectus agētis procurātis. Hec itaqꝫ sunt que a maioribus de anime natura tradebantur: deinceps condemnabūtur multa que constanter affirmabat antiquitas.

¶ Tex. comē. 36. vsqꝫ ad. 44.



Ebemus igit pri⁹ perscrutari. ¶ Presenti summa que est a Textu commenti. 36. vsqꝫ ad. 95. ꝯtradicit Aristoteles veteribus qui de aia nō recte scripserunt: ac a. 36. vsqꝫ ad 44. inducuntur due ꝓpositiones. Prima est: nō ē necessariū id omne moueri qō mouet. Secūda est: non pōt aia a se: nec ab alio per se moueri. Dicit Auer. 36. non constituit aie per motum: vt plura entia: ventus. s. ⁊ fluuius: fuerūt enim qui dixerunt ventū esse aereꝫ motuꝫ: ⁊ fluuium aquā motā existere: quos improbat Aristo. 2. methoꝝ. vnde si vētus esset aer motus: existerent venti cōtinui: ⁊ simul oēs flarent: est ⁊ aer calidus ⁊ humidus: ventus aūt calidus ⁊ siccus: quare exēpluꝫ ponit Cōmentator non vt ita sit: sed vt assentiāt qui addiscunt. Uel dicēdum est vt scribit Cōciliator problemate. 17. quare particule: nihil prohibet quin aliqualitēr possit dici ꝙ vētus sit aer motus: sicut etiam pōt aliqualiter dici ꝙ fluuius est aqua mota: velutī etiā dicit ꝙ ambitiosus ē qui appetit honorē: hoc tn̄ nō sufficit: imo pmo oꝫ genus differētijs magis determinare cōtrahētibus aut qualis: aut quāt: vbi: in quo. Amplius inquit Auerrois: quoniā aūt nō est necessariū vt aliqd moueat se: declaratū est prius in naturalibus. Sensus ē: ratio principiandi motū actiue: ⁊ ratio principiandi motū passiue semp re inueniūtur seiungi: ⁊ nō oꝫ id moueri quod mouet: forme. n. abstracte mouēt nō mote: forma naꝗꝫ queuis motiua est: illa tn̄ mouet: que inesse per subiectū cōstituitur.

¶ Sētētia. 37. stati hoc. Quicquid mouet aut mouetur per se: aut mouetur: quia est in moto. 2. per accidēs: equitātes in naui mouētur: quia sunt in moto: animal mouet p se etiaꝫ si moueat pp pedes: motus eiꝫ nō attribuitur hōi essentialiter nisi pp hec mēbra ⁊ iste mot⁹ n̄ iuenit i equitātib⁹ i naui. Dicit Auerrois: debes scire ꝙ illō qō dicit moueri: qꝛ est i moto: est duobus modis: modo qui est possibilis vt moueatur per se: ⁊ modo q est ipossibilis: ⁊. 8. physicoꝝ 27. dicit: illud quod mouetur per accidens principaliter

liter est omne quod dicitur moueri: quia est in moto: ⁊ hoc est duobus modis: modo qui est impossibile vt moueatur omnino: ⁊ modo q est possibile vt moueatur. Eorū vero que p se mouent: quedā mouentur p principiū intrinsecū: quedā mouentur ab extrinseco. ¶ Contra: ergo elementū mouebitur p accidens. cū moueatur: quia est in medio moto. Itē rector nauis mouetur per se: quia. 5. physicorū primo: id mouetur: per accidens quod nunq̄ potest per se moueri: mouetur forte per partem: si pes eius moueatur: per se mouentur: que neq̄ p accidens: neq̄ per ptem mouentur: rector igitur nauis non mouetur p accidens: cum possit p se moueri: neq̄ p partē mouetur: ergo mouebitur p se. ¶ Solutio est: non exeūdo textum Cōmenti primi. 5. physicorū: dico q̄ rector nauis comprehenditur sub mobili p se prio: similiter ⁊ elementū: licet ⁊ rector nauis ⁊ elementū moueantur: quia sint in moto: sed iuxta diuisionem huius primi de anima: ⁊ gubernator nauis ⁊ elementū mouentur p accidens: quia sunt in moto: at stando in diuisione. 8. physicorū. 27. homo in naui mouetur: q̄ est in moto: elementū autem mouetur per se: licet moueatur q̄ sit in medio moto: ⁊ ratio est: mot⁹ elementi grauis in medio ē illi naturalis a forma eiusdem inchoatus: mot⁹ aūt rectoris nauis non est illi naturalis: vnde essentiale est elemento mouere se in medio moto: non aūt essentiale est homini mouere se: mouendo nauim: verum vt dixi. 5. physico: 6. 2. non multū est curandū de nominib⁹: quando res ipsa est manifesta.

Sententia. 38. stat in hoc: si anima moueretur per se: cum omnes mot⁹ sint in loco: erit anima in loco naturaliter ⁊ essentialiter. ¶ Auerrois dicit primo: mot⁹ sunt tres in genere: sed ipse dixit quattuor large quasi enumerando additionem ⁊ diminutionē pro duobus: ⁊. 2. de anima. 36. dicebat: anima est causa agens istos tres mot⁹: vbi augmentatio ⁊ diminutio vnus mot⁹ constituebantur. ¶ Est aduertendū vt dixi. 3. ⁊. 5. physicorum: q̄ motus pro formali est tantū passio: pro fluxu est quantitas: pro forma fluente: est substantia: quantitas: qualitas ⁊ vbi: vnde forma fluens propria requirit subiectū ens in actu: ⁊ est quantitas: qualitas ⁊ vbi: forma fluens improprie est forma elementi q̄ successiue continue circa subiectum ens in potentia acquiritur: seu intenditur: forma fluens impropriissime est forma mixti aiati ⁊ inanimati: q̄ per minima inducitur: ideo successiue discontinue ⁊ interpollate: ad modū dictū a nobis anno superiori primo physicorum dum de minimis tractabam⁹. ¶ Amplius inq̄t Auerrois: si anima mouetur: itaq̄ mot⁹ insit ipsi: erit anima corpus ⁊ in loco: ⁊ cū fuerit in loco erit mota motu locali necessario: omne enī quod mouetur altero illorū duorum motuū alterationis. scilicet augmentationis ⁊ diminutionis: mouetur localiter: sed non conuertitur: patet d̄ celo. ¶ Ex hoc loco soleo inferre corrolarie mobilia p̄ accidens denominari moueri motu fundato in mobili p se: ⁊ non in ipso existente: ea enim que in naui mota mouentur non dicuntur moueri nisi motu fundato in naui: ⁊ dato q̄ planete mouerentur ab oriente in occidentem a primo mobili: adhuc saluatur eos vno tantū motu moueri: q̄ talis motus non in ipsis sed in primo dūtaxat mobili inuenitur: ⁊ hoc est qd̄ dicit Aristoteles in textu: si anima mouetur nō accidentaliter: tūc motus est in eo naturaliter: quasi dicat: qn̄ aliqd mouetur accidētalr: tunc motus non in ipso existit.

Digressio Auerrois.

Sed in verbis ē ābiguitas.

go neqȝ introduci: ⁊ ita latitudo quantitatis erit affirmatiue terminata ꝑ de maximo ⁊ minimo nāliter dispositiōe intēdam⁹: q: ꝑ de illo simplr loquamur: ter minabit latitudo negatiue: his fundamēto: q: assignato minimo extrīa intrīseca: illud mediū corrūpēs supabit excessu diuisibili ꝗ̄ ablata medietate excessus poterit ꝑ se stare min⁹ minimo. Jtē daf vltimū dispō nis nālis qñ aliqd transit ab ipsa nāli dispōne in ꝑ ternālezȝ: ⁊ daf vltimuȝ ꝙ nō dispōnis ꝑternālis: q: dato quocūqȝ ꝑternālr disposito: de illo ē vex dicere ꝙ prius erat ꝑternāliter dispositū: q: deficiebat sibi aliquid ad pficiēdū operationē ⁊ tale erat diuisibile: nullū aūt diuisibile subito acqrit vel depdit ꝗ̄ dabitur minimū nāliter ⁊ nō ꝑ eternāliter dispositū: sed de his dixi anno supiori p̄io phyficoꝝ. 38. Jtē īngt dignius ē vt ita. actio attribuat ei qō ēt in ita actio ne quasi forma. s. aīa ꝗ̄ illi qō est quasi materia: ⁊ instrumētū. s. ignis. Sensus ē: illi dȝ demādari ħ actio qō hȝ rōnem formet dixit aūt in stm aut quia ignis effectiue ꝯcurrit ad mixtionē: aut q: mā vocatur instrumentū. 3. de aīa. 36. Amplius inquit: alterare qō est in eo dȝ attribui igni ⁊ q: est terminatuȝ dȝ attribui virtuti coniūcte cum igne: vñ calor alterat cum vocaf igneus: vt inducit formaȝ est calor anima lis: quatenus dat vitam parti nutriīe oppellatur celestis. Et ꝑ quispiam querat nūquid calor elementa ris: naturalis: animalis: ⁊ celestis differant specie: videtur ꝙ sic: tum quia elementalis decoquit: ⁊ alterat ⁊ destruit: naturalis agit ad generationeȝ fetus: celestis dat vitam ergo ex effectibus diuersis in specie indicabuntur distincti specie: tum quia elementalis est ab igne: naturalis ab idolo paterno: celestis a celo: ergo differunt specie. Contra: Auerrois. 4. metheoꝝ ⁊ Albertus magn⁹ calores oēs cōstituit eiusdem speciei: aliter nō tm̄ essent quattuor prime qualitates: caliditas enim putrefactiua ⁊ digestiua sunt qualitates prime. 4. metheorum: quare tenendum est oēs calores esse eiusdem speciei specialissime ⁊ vnum calorē numero dici elementalem: vt agit opera elementalia: naturalem quatenus dirigit ab idolo paterno ⁊ agit ad generationē fetus ⁊ ad complementuȝ dispositionuȝ eius: vnde. 4. metheorum arbitratur Cōmenta: or digestioneȝ celebrari a solo calore naturali: ⁊ paulopost vult ꝙ digestio ⁊ generatio mixtorum que est p digestionē fiat ab elemēto igneo: elementuȝ enim quod est generation: ⁊ causa prima operans in composito est ignis: similiter calor qui est in seminibus animaliuȝ dicitur celestis vt agit in virtute celi: ⁊ ita ideȝ calor est ꝑtens qualitas prima est simul elementalis: naturalis: celestis: preternaturalis: digestiuus: putrefactiuus: ꝑm ꝙ agit diuersa opera: ⁊ a diuersis coagentibus dirigitur. Ad primum dico idem posse producere effectus oppositos: quatenus est instrumentum diuersoꝝ. Ad aliud: diuersitas agentium specifica non semper infert diuersitatem in effectibus specificam: ꝑquis cupiat habere cognitioneȝ minimoꝝ recurrat ad ea que diximus primo phyficoꝝ. 38. ⁊ primo capitulo de substantia orbis.

Textu cōmenti. xlij.

affirmatur hec propositio. Alimentū est obiectū virtutis vegetatiue: vñ est aduertendū nutritiuū: augmētatiuū: ⁊ gnātiuū ptes eē potētiales aīe vegetabilis: ⁊ ē diuisio toti⁹ ptētiui ī ptīculares ptāteꝯ: alimentū itaqȝ vt qd nutrit: auget vt qntū vt supsluū facit ad gnātionē. ⁊ trahit cib⁹ ī diuersas rōnes specificas ob virtutē nutritiuā sibi ab cpe te cōicatā: augmentatiua ē a corde generatiua in vasis seminarijs: ⁊ volo has virtutes semp eē in viuente ⁊ ꝑ nō semp operent: quas qdē facio qualitates de secūda specie: virtus aūt attractiua: retentiua: digestiua: expulsiua reducunt in nutritiuā. Plāte tñ (vt reor) nō sunt ꝯcessa vt⁹ expulsiua: cū trahāt cibū per poros ⁊ non recipiant grossuȝ: veluti aīalia faciunt.

Sententia. 43.

inducunt ꝯditōnes reqsite ad hoc vt aliquid debitū sit nutrimentū: vbi nāqȝ nutriendū dȝ eē actiuū: porosum ⁊ siccū: nutrimentū inueniri dȝ passiuū: penetratiuū ⁊ terminabile termino alieno. ¶ Dicit Auer. innuit ꝑ hoc ꝯtraria q sunt in substātia: ista. n. existimentur augmentari ab inuicē ⁊ nutriri ab inuicē. Sēsus est substantia hūs ꝯtiū ē nutritiua ⁊ augmentatiua eius dē: sed qualitas hūs ꝯtiū nō pōt aliud nutrire: vel augere vñ existimo in oib⁹ partib⁹ māe posse fieri deꝑditionē ⁊ restaurationē: mēbra. n. radicalia cū nutriant ī illis fiet deꝑditio: ꝯstat āt ea ꝯponi ex ꝯtijs.

Sentētia. 44. ⁊ 45.

introducit difficultas: cū ex eadē aīatū nutriaf ⁊ augeatur ⁊ crescat ex filt: ergo nutrief ex silt: ex alia pte cū nutrimentū patiaf a nutribili: ⁊ transmutef in nutribile erit nutrimētū ꝯtiū nutribili. Solutio ē: nutrimētū añq̄ sit decoctū dissimile existit ⁊ ꝯtrariū: ⁊ cū decoctū ē vltia digestiōe sile reddit: in quolibet. n. istātī añ finē ē nutrimentū sile ꝑm dispositiōes ñ formas substantiales: patif nāqȝ nutrimētū passiōe ad quas sequit corruptio: alitū vō ꝑ patiaf ad illā sequit interitus nutriti. ¶ Est aduertēdū ꝙ Ari. in de somno ⁊ vigilia voluit ꝙ vltimū nutrimētū causatiuū somni eēt vltimū nutrimētū qō ē sanguis. Cōtra oia nutriunt ex eisdē ex qbus sunt: animalia sunt ex quattuor hūorib⁹: ergo vltimū nutrimētū sunt quattuor hūores. Jtē fames ē appetitus calidi ⁊ sicci: ⁊ sitis hūdi ⁊ sicci: ergo his equaliter nutrif aīal. Rursus caro nutrit ꝑm substātiā ⁊ caro nō ē sanguis: ergo: iteruȝ caro neruosa ⁊ nō sanguis ē organū quodāmō tact⁹ qui est sensus nutrimenti. Solutio est: sanguis: licet sit vltimum nutrimentum qō est causa somni non tm̄ est vltimum nutrimentum membroꝝ: quia digeritur sanguis in extremitatibus venarum: ⁊ in quolibet membro vlteriori digestione ad hoc vt fit conueniens nutrimentum illius membri. Ad primam rationem dicenduȝ est ꝙ licet sanguis sit calidus ⁊ humidus: sunt tamen in ipso potentia omnia quattuor elementa: ⁊ ita soluitur secunda ratio. Ad tertiam dicendum est carnem esse vltimum nutrimentum mēbroꝝ: nutrimentum autem qō causat somnum adhuc est inter venas ⁊ est sanguis: cū calida euaporatione que a loco digestionis eleuatur: ⁊ ita tollit vltima ratio.

Digressio.

¶ Quia perarduum est intelligere: vnde habeat nutritum ꝙ nutriatur: ideo non inmerito dubitaf. Utrū nutritum nutriatur ꝑm materiam tantū: videf ꝙ nō tū q: nutrimentū accipit formam nutriti ergo nutrito est ꝑȝ formā: tū quia: aliqd nutritur actu: ergo tū q: deꝑdif ꝑs materie in carne: ergo ⁊ forma extēsa ī illa pte māe: ꝗ̄ cū restauratio fiat ꝑm modū deꝑditionis: restauratio fiet in mā ⁊ forma. Ad oppositū ē Albert⁹ magn⁹ in sūma de hoīe dicēs nō eē nisi ꝑm ma

teriã: cui sniẽ ɔdicẽtes appellat ignorãtes veritatem: ⁊ probat rõne: nutritio est penes illud qd immutatur: tale est mã ⁊ nõ forma: ergo. Ad primũ stante eadem numero forma accipit nutritu alias partes mãles in quibus mutat. Ad scdm: nutrimentũ efficitur sub forma nutriti eadem que prius fuit in partibus nutritu i variatis partibus ſm materiam. Ad vltimũ dicendũ formaꝫ nõ perdi pp materie destructionẽ: pars.n. materie de perdita non fuit necessaria forme sine qua esse nõ posset: vt subtilr docet plusq̃ꝫ cõmẽtator. 2. tegni. cõmento. 44. quare cõcludo cũ augmentatio fiat merito eius qd permanet: nutritio rõne illius qd fluit ⁊ refluit augmentatiõem esse ſm formam: nutritionem ſm mãm.

Sententia 46. dũtaxat corpus aĩatum vt aĩatum est nutrit: ⁊ dicit Auerrois: nutrimentũ nõ attribuit aĩato nisi ſm ꝙ hꝫ animaꝫ: nõ ſm ꝙ est corpus: vnde esse nutribile conceditur corpori quatenus est viuũ: esse graue ⁊ leue vt corpus generabile prio de aĩa. 95. ¶ Amplius virtutes nutritiue numerant ſm numeruꝫ ⁊ cõplexioneꝫ membrorũ similiũꝫ quas oẽs satio eiusdem speciei. ¶ Rursus: restaurare: vnire: assimilare sunt officia virtutis nutritiue. Et si quispiam ambigat: nũquid ad generationẽ reducat nutritio: vr namqꝫ ꝙ sic: in motu locali idem est sbtum totius ⁊ ptis ergo ⁊ totiꝰ ⁊ partis eadem erit mutatio: sed nutritio est generatio partis simpliciter ergo reducit ad generationeꝫ. Ex altera parte: nutriens nõ est generans ergo nutritio nõ est generatio: vniuersaliter enim a negatione cõcreti de ɔcreto colligit negatio abstracti de abstracto: quẽadmodũ vlr ab affirmatione abstracti de abstracto deducitur affirmatio cõcreti de concreto. Item nutritiua nõ est generatiua ergo nutritio non est generatio. Quare putauit Albertus magnus nutritionẽ nõ esse generationẽ partis simplr pp permanentiaꝫ forme: cui ego nõ cõsentio: lꝫ enim forma nõ sit noua: est tñ materie que fuit mã nutrimẽti denuo vnita: si auteꝫ variata mã variaret forma clarissimuꝫ esset nutritioneꝫ esse generationẽ partis simpliciter ⁊ hac lege nutritio vocatur aggeneratio: ⁊ virtꝰ nutritiua aggeneratiua.

Sententia 47. Idẽ obiectũ est virtuti nutritiue: augmentatiue ⁊ generatiue alio ⁊ alio mõ consideratũ. Dicit Auerrois: est vero augmẽtatiuũ ſm ꝙ perficit quãtitatem nãlem eius qd diminuitur in principio pp necessitatẽ: putant nõnulli animal genitũ coitu in principio eẽ paruum: qꝫ matrix est angusta ⁊ parua: cõtra: ergo aĩalia genita putrefactione deberẽt magna procreari: quare viuentia vt reor primo existunt parua: vt videlicet diutius viuere possint. ¶ Item virtus nutritiua ⁊ si sit mãlis i qꝫ tñ mouet organa motu eis cõuenientem: iccirco nõ defatigat: 8. phys. 20. ꝓ de generatiõe 41. Rursus fateor augmentũ fieri merito forme: nõ mãe: qꝫ mã est in ɔtinuo fluxu: forma aũt est ꝑmanẽs ꝓ de gnãtiõe. 35. at dubitat fluẽte mã fluit forma existens in ipsa: quare sicut de vno sic ꝺ altero dici põt. Dico relicta rñsione Alberti ⁊ Trusiani. 2. tegni. 44 ꝙ secus est ꝺ forma: secꝰ de mã: forma nãqꝫ vt talis dat eẽ qd merito sui eẽt indiuisibile: fit aũt diuisibile ⁊ fluẽs rõne mãe: quapp magis est cã augmẽti forma q̃ꝫ mã: lꝫ vtraqꝫ fluat: qꝫ forma fluit p accidẽs: mã p se: vel dicẽdũ est vt dixi ꝓ de aĩa. 65. forma.n. extẽsa nõ variat. variat variato subiecto: vñ senex si oculuꝫ iuuenis acciperet: videret vt iuuenis: ergo virtꝰ visiua ẽ eadẽ a principio vite vsqꝫ in finẽ: tñ talis vtꝰ ẽ extensa ad extensionẽ organi: quare virtus sensitiua in se nõ intendet ⁊ remittet: neqꝫ erit aliquãdo fortior: aliquando debilior: sed eiꝰ organũ merito qualitatũ intendet ⁊ remittet: quare poterit virtꝰ organica i operationes suas aliqñ meliꝰ ⁊ aliqñ peius ⁊ variabunt actus sentiendi ſꝫ diuersitatẽ qualitatũ ipiꝰ organi potentia organica nullatenus variata: hac de cã itaqꝫ dici põt augmentũ fieri rõe forme: nõ mãe: qꝫ ꝑmanet eadeꝫ forma a principio augmentationis vsqꝫ in finẽ: mã aũt fluit ⁊ refluit: vñ quẽadmoduꝫ in intensione eadem ꝑmanet forma numero a principio alterationis vsqꝫ in finẽ: ita in augmento ɔseruatur eadẽ aĩa numero siue illa sit extensa siue inextensa: ⁊ hec ñ nisi frequẽti exercitio ⁊ tractatu capi possunt. ¶ Postremo ait Auer. nutrire ẽ ɔseruare se: ⁊ generare ẽ generare alterũ nõ se: impossibile.n. est vt aliquid generet se. Sũt tñ nõ nulli acutissimi Theologi q his ɔsentiũt ꝓpositionibꝰ. Idẽ nãliter mouet se ipsum. Idẽ nãliter põt ɔseruare seipsuꝫ. Idẽ producit seipm: qꝫ qd põt aliqd recipe ab alio põt ⁊ a seipo idẽ suscipere si illud in ipso sit virtualr. ɔtentũ: cũ sit sibi ipsi approximatũ ⁊ ꝓportionatũ: ergo si agẽs ꝑt ꝓducere in alio aliquẽ effectũ põt illũ eundẽ effectũ ꝓducere in seipo: si sit eiusdẽ rõnis cũ alio ⁊ receptiuũ istiꝰ effectus ab alio. Sꝫ de his ad Theologũ tractare pertinet.

Sententia. 48. potentia aĩe vegetabilis ẽ potẽtia potens saluare suscipiens alimentũ ſm ꝙ huiusmodi. ¶ Dicit Auer. sunt alique vtutes q ɔseruãt eẽ ſm oẽm dispositionem ⁊ oẽs ptes eiꝰ eodẽ mõ scilꝫ vtutes corporũ celestiuꝫ. Cõtra. 5. capitulo de substãtia orbis dr celũ habere ꝑmanẽtiã sempiternã nõ a vtute sꝫ a priuandõe vtutis. Distinctio ꝺ virtute educta ⁊ nõ educta soluit apparentẽ ɔtradictionẽ: celũ ɔseruat eodẽ mõ: primo celi 22. hec inferiora nõ: qꝫ nõ ſm eãdẽ dispositionẽ. Iterũ ait: nutrimentũ ẽ instrm p qd facit hãc actionẽ: accipit instrm pro mã: sic ⁊ mã sepenumero sumit pro instrõ supra. 24. ⁊. 3. de aĩa. 36.

Sententia. 49. tria ad nutritionẽ ɔcurrũt nutribile: quo nutrit: ⁊ nutriens: ⁊ cũ vnũquodq̃ꝫ a fine denoĩari iustũ sit: declarabit vtꝰ vegetabilis p hanc actionẽ q ẽ generare sile sibi. ¶ Dicit Auer. mãifestũ ẽ p se tria eẽ diuersa ſm diuersitatẽ reꝝ relatiuaꝝ. 1. cãlitatũ supra nutritionẽ celebrãdã: nã nutribile est cã mãlis subiectiua: nutrimentũ terminꝰ a quo: ⁊ id circa qd versat opatio virtutis vegetabilis: ⁊ nutriens hꝫ rationẽ forme: efficientis ⁊ finis. Iterũ sciendũ ẽ: actualis ꝓductio silis in specie ẽ finis rei generate: principiũ ꝓducẽdi sile in spẽ ẽ finis generationis: nam istud ẽ forma sbalis ⁊ iste finis nõ ẽ extra quiditatem rei facte: lꝫ finis rei facte sit alienus a substantia rei: ⁊ ita finis hꝫ sepe rationẽ cause intrinsece: vt tñ finis ẽ causa finalis contradistincta contra alias causas habet tantum causalitatẽ extrinsecam. Rursus: existimandum ẽ omnes formas preter intellectum preexistere i materia vniuersaliter ⁊ educi per actionem calidi: frigidi: humidi ⁊ sicci: ⁊ sunt anime vegetatiue ⁊ sensitiue subiecte potestati materie ⁊ agentis: intellectus humanꝰ si est vnus numero in omnibus hominibus: inducit mediante cogitatiua: at si numeratur: ⁊ fit eternus a deo creatur: vnde virtus generatiua generat simile

illi a

illi a quo est decisa: reperitur ⁊ virtus formatiua in testiculis radicata cuius officiuȝ est generare simile virtualiter. ⁊ credit̃ cõiter sperma decidi a toto corpe ⁊ maxime a capite.

Sententia.

50. qꝛ que deseruiũt nutritioni existunt agens principale ipsa s. aĩa ⁊ agens instrumentale: potentia vȝ aĩe ⁊ calor nãlis: nunc iterũ de instrumento faciens mentõem ait instrm̃ aliud esse nõ motuȝ ab extrinseco vt est potentia aĩe: apud Themistium ⁊ Auerroim: vel calor apud alios: instrm̃ motuȝ est calor: vel vt alij credũt nutrimentũ: fuit autem necessari⁹ calor: qꝛ necessaria est decoctio nutrimẽti: officiuȝ vero calidi est nutrimentum decoquere: quid igitur sit alimentuȝ vniuersaliter diximus: postea vero de his exactius perscrutabimur.

Auerrois

Cõmento. 50. primo dicit: illud per quod cõpletur actio nutrimẽti est duplex. s. primuȝ mouens qð nõ mouetur cum mouet: ⁊ primũ mouens qð mouet ⁊ mouetur: ⁊ est illud qð est de primo motore quasi subiectũ ⁊ prim⁹ motor de eo quasi forma. Sensus est: spiritus est q̃si subiectum. t. instrm̃ primi motoris. i. aĩe: ⁊ dicit̃ q̃si instrm̃ qm̃ virtus est veruȝ instrm̃ anime: ⁊ respectu spiritus primus motor est quasi forma: ⁊ hoc est qꝛ spiritus nõ est animat⁹. ¶ Amplius dubitatio Auerrois cõsistit in hoc: videt̃ Aristoteles cõcludere dari primuȝ alterans corporeũ: veluti in motu locali inuenitur primũ mouens corporeuȝ: qð constat esse falsum: qm̃ in motu locali datur primum mouens corporeum ⁊ est motum ex se: cum diuidatur in parteȝ per se mouentem ⁊ partem per se motam: at primuȝ alterans corporeum nõ est alteratuȝ ex se: cum non diuidatur in partem alterantẽ ⁊ ptem alteratam: vnde sciendum est ꝙ primuȝ mouens localiter in genere est celum: primuȝ mouens simpliciter est intelligẽtia: primuȝ tamen alterans simpliciter est primum mouens motuȝ quod resoluendum est in primũ localiter mouens imobile intelligentia nãqȝ pria mouens primuȝ localiter: nequaq̃ȝ primũ alterans vocari potest: ⁊ causa est: vt reor: qꝛ instrumẽtũ intelligentiaꝝ peculiare alterationẽ non recipit: sed bene motuȝ localẽ. 8. phys. 20. dicebat Auer. nõ inuenitur aliqd moueri ex se nisi in motu locali in ceteris motibus est motor extrinsecus. i. mouẽs ⁊ motũ in motu locali nõ distinguunt̃ loco ⁊ subiecto: nõ reperit̃ ãt alteratũ ex se ⁊ auctũ ex se: qꝛ in istis motib⁹ sp motor ẽ extrinsec⁹. i. sp mouẽs ⁊ motũ loco ⁊ subiecto. ¶ Rursus pria solutio cõmen. stat in hoc: vt Ari. inuitat ppõne declarata. 8. phys. a. 37. ad. 44. sed his ꝓpinquũ alterãs cibũ dȝ eẽ corp⁹ calidũ: ⁊ reqrit̃ ẽt aĩa: iõ primũ alterãs est cõgregatũ ex aĩa ⁊ spiritu: aĩa alterat: nõ alterata: spiritus alterat ⁊ alterat̃: scða rñsio est: possumus dicere ꝙ calor nãlis nõ alterat cibum nisi prio moueat̃ in loco: mot⁹. n. localis antecedit ceteros motus ⁊ maxĩe istũ motuȝ q est terminatus. s. q alterat rem in alia hora ⁊ in alia nõ: ⁊ ẽt non alterat tñ sȝ attrahit ⁊ expellit cibũ: ⁊ hoc est motus localis. Sensus est: si corp⁹ qð alterat prius mouet̃ localr̃: vel a se: vel ab alio: si a se: ğ cõponit̃: si ab alio erit deuenire ad primũ motorẽ corporeũ q mouebit se motu locali q qdeȝ existet primus motor in motu nutritĩo: ⁊ talis cõponet̃: ⁊ s̃m hanc expositionem erit sermo manifest⁹ sic ꝙ ratione motus localis adiuncti erit deueniẽdũ ad motorẽ corporeuȝ cui⁹ vna pars mouebit ⁊ mouebitur: alia mouebit ⁊ non mouebitur: sed prima expõ videtur magis conueniẽs: qꝛ ẽ vlis ⁊ s̃m se vera: ⁊ absqȝ beneficio motus localis. ¶ Preterea ꝯsiderandũ est: in semine eẽ corpulentam sbam que in fetũ transmutat̃: in qua corpulẽta substantia nõ fundatur virtus formatiua: si virtus talis pmanere debeat: cũ inducitur anima: inuenitur ⁊ in semine spiritus gignitiuus in quo fundat̃ v̓tus fere. n. totũ semen in spiritum conuertitur: qð profecto maxime conspicitur ex seminis spumositate: spiritus est substantia: virtus est qualitas de secunda spẽ qualitatis: verum quia illa duo integrant vnuȝ totale agens: actio ab illis prouenens interdum spiritui: sepe virtuti attribuitur: ⁊ hec forte ẽ causa diuersitatis inter doctores. Iterũ spiritus generati in corde vitales: in epate naturales: in cerebro animales vocantur: si quis igitur diligenter cõsiderauerit animam esse agens principale: ⁊ virtutes eius istrumẽta fore coniuncta: spiritus nominatos instrumẽta separata intelliget his tribus: operationes cũctas anime ꝯpleri pficiqȝ posse.

Digressio.

¶ Quia hac in parte iste propositiones sunt approbate. Vegetabile nõ est vnius rationis ⁊ speciei in plãtis: brutis ⁊ hoibus. Diuisio vegetatiui ĩ nutritiuum: augmentatiuum ⁊ generatiuum est diuisio totius potestatiui in particulares potestates. Sũt omnes virtutes nutritiue vnius viuentis eiusdem rationis. Generare ẽ opus naturalissimum viuentib⁹. Virtus nutritiua: augmẽtatiua: generatiua sunt virtutes anime vegetabilis ab ea pendentes in esse ⁊ conseruari: iccirco contra illas vt hec secunda sũma perfectum habeat complementum inducantur nonnulle difficultates ⁊ soluantur: in primis: potẽtie diffiniuntur per actus: ergo eorundem actuum specie idem erit principium specie: sed in animalib⁹ ⁊ plãtis est alimento vti: ⁊ augeri ⁊ generare que opera existunt vnius rationis: ergo vegetatiuuȝ in vtroqȝ vnius erit rationis. Solutio est: tenendum est vegetabile in plantis ⁊ animalibus non esse eiusdẽ rationis: cum sit in plantis forma substantialis: ⁊ in animalibus potentia tantum ⁊ non forma substantialis: ⁊ iste terminus anima vegetabilis est terminus genericus institutus ad significanduȝ omnes animas quibus plante diuersarum specierum in esse constituuntur: dicendum est itaqȝ actus non esse eiusdem rationis in animalibus ⁊ plantis nisi s̃m genus: cuȝ enim operationes trahantur in speciem per obiecta: si operationes essent eiusdem rationis: etiam obiecta essent: obiectum autem existit alimentum qð s̃m substantiam est obiectum virtutis nutritiue: vt quantum: augmentatiue: vt superfluum: generatiue: cum igitur nutriens plantam sit assimilatum plante ⁊ nutriens animal sit assimilatuȝ animali: constat ꝙ illud quod nutrit hinc. ⁊ inde non est in eadem specie nutrimenti: aliter enim ex nutrimento eiusdem speciei aptum natum esset constitui lignum ⁊ caro: similiter generatiua in planta producit lignum ex superfluo nutrimenti in planta ex quo aptuȝ natũ ẽ fieri lignũ: in aĩali aũt facit carnes ⁊ ossa corporis animati que cõmode oriuntur ex superfluo nutrimento animalis. ¶ Preterea potentie diffiniunt̃ p actus p obiecta: ğ s̃ȝ discrimẽ obiectoꝝ existet discrimẽ actuũ ⁊ potẽtiarũ at obiectũ idẽ re: distictũ tm̃ rõe ⁊ p acciñs v̓tutib⁹

satisfacit vegetatiuis ꝗ ⁊ opa: ⁊ potẽtie dcẽ ñ nisi rõe ⁊ ſm accidens segregabunt. Solutio est: putandũ ẽ diuisionẽ vegetatiui in nutritiuũ: augmẽtatiuũ ⁊ generatiuũ: esse diuisionẽ totius potestatiui in ꝑticulares ꝑtẽtes: ⁊ sunt tales potẽtie nãles q̃litates de secunda spẽ q̃litatis fluẽtes ꝓprie ⁊ imediate ab essentia ipsius aie: vegetabile itaqꜫ quaten⁹ est totũ potestatiuũ nõ hꜫ pfectionez nisi in suis ptibus: iõ qn aia vegetabilis diuidit p ista: non oio diuidit p accidẽtalia: imo sicut se hñt mẽbra corporis ad corp⁹: ita se hñt vires aie ad aiam: dicendũ est igit obiectũ vt est quantũ: vt supfluũ: vt est sba potẽtia hẽ distinctã rõnez formalẽ obiecti: vt palaz est ex dña finiũ: finis n. nutritiue est p incorporationez cibi saluare corp⁹ animatũ: at finis augmẽtatiue est p incorporationez cibi quãn cõducere corp⁹ ad perfectã magnitudinẽ ſm figurã: vñ augmẽtatiua maiori calore indiget q idoneus fit extẽdendo organa ⁊ addẽdo cibũ cõducere ad magnitudinẽ debitã spẽi: sīr supfluuz nutrimenti sup qd operat generatiua est potẽtia tm̃ corpus organicũ nõ adibile alij corpori: velut sunt cib⁹ nutritiue ⁊ augmẽtatiue: ⁊ ob hoc opus est vt ĩ isto operet virt⁹ maxie transmutatiua seminis ⁊ formatiua organoꝝ: quare cõstat ꝙ lz idem nutrimẽtũ ſm mãm existat: nõ tñ est idẽ ſm spẽi rõem: alia nãqꜫ est virtus in cibo a virtute nutritiua q̃ in epate est vel corde: alia a ṽtute augmẽtatiua: alia a virtute generatiua que in vasis diffundit seminarijs ⁊ p has virtutes descẽdẽtes ĩ cibũ: cibus trahit in diuersas rõnes que fiunt ei specifice sꜫ ꝙ ad diuersas potẽtias vegetabiles comparatur.

Vlterius virtutes nutritiue vnius viuẽtis nõ vident eẽ vnius rationis specifice: cum vna cõuertat in os alia in carnem: alia in paniculuz: diuersoꝝ quoqꜫ organoꝝ spẽ diuerse sint virtutes spẽ. Solutio est: nutritiua est vis anime vegetabilis conuertens corpus a corporeitate in qua erat in similitudinẽ corporis in quo est ⁊ vnit ei cibũ per restaurationem eius quod solutum est in illo: ⁊ hanc virtutẽ facimus vnaz specie ⁊ plures numero ſm diuersitates cõplexionuz omniuz membroruz similiuz: cuz enim virtutis nutritiue non sit nisi vnus solus finis ſm intentionẽ mouentis: qui est saluatio sbe nõ erit nisi vnus solus motor spẽ q est virtus nutritiua: cuiuscũqꜫ. n. est finis vltim⁹ vt inducẽs: eiusdem sunt oia q̃ sunt ad finẽ illũ: quare termini q sunt ad finez ⁊ sunt termini particulariũ operũ nõ ꝓprie ſm spẽm distinguũt opationẽ efficientis: ⁊ ita tales termini: nutrire carnẽ: nutrie os ñ colligũt virtutes esse distinctas spẽ sed numero ⁊ materia tm̃: dicendum est itaqꜫ ꝙ alia est reductio virtutũ nutritiuarũ ad nutritiuã: alia virtuz anime ad animã: ⁊ membroꝝ ad cor: vires enim reducũtur ad aiam vt ad sbam ⁊ subiectum in quo sunt: mẽbra vero ad cor: vt ad principium ex quo generantur: ⁊ a quo accipiunt influxum vite: sed virtutes nutritiue reducuntur in nutritiuam: sicut quedam instrumenta in quibus operatur nutritiua.

Rursus videtur generare nõ esse naturalissimuz viuentibus: tum q: nõ cõpetit cuilibet viuenti: tum quia: nutritio ordinatur in finẽ perfectiorem: quia ad salutem indiuidui quod est prestantius ipsa specie. Solutio est: generatiua est vis anime vegetabilis accipiens de corpore in quo est partem illi similem in potentia ⁊ operatur in ea per attractionem aliorum corporuz que illi assimilat generari ⁊ ꝯmisceri: ⁊ conuertit eam in similitudinẽ illius i effectu: vnde ab aia q̃ ẽ ĩ toto corpe vĩ⁹ generatiua emanat in organũ generandis: q̃ virt⁹ influit semini virtutẽ generationis q̃ generat mẽbra sꜫ vnãquãqꜫ virtutẽ propriã ⁊ cõgruã actioni illi⁹: ita ꝙ vnũquodqꝫ membrũ sit aptũ ad recipiendũ virtutẽ ꝓpriã q̃ apparet in eo: ⁊ hec ẽ cã ꝙ virtus generatiua prima que ẽ potentia aie vegetabilis existit in generante: at in semine est vis formatiua que nec ẽ aia neqꜫ potentia aie: lz actione aie operet: quare virt⁹ generatiua cũ sit instituta a natura ad salutẽ forme ⁊ speciei ipsa erit finis vegetatiue. Dicenduz est itaqꜫ generare esse opus naturalissimũ viuentib⁹ vt viuẽtia sunt pfecta: nõ orbata: ⁊ nõ hñtia spõtaneã generationẽ: ⁊ cũ ꝯtinuatio specifica perfectior sit debita opatione: ⁊ hec precedat nobilitate ꝓseruationez indiuidui: ideo iste ẽ ordo perfectionis inter virtutes aie vegetabilis: generatiua: augmentatiua: nutritiua: ⁊ est conseruatio specifica nobilior conseruatiõe indiuidui: quando non potest tale indiuiduuz idem numero sempiterno tempore ꝑmanere. Tandẽ complendo sermonem de virtutib⁹ vegetatiuis dicit Albertus in sũma de homine: potentie aie vegetabilis aut sunt ad substantiã que est forma: aut ad substãtiã que est materia: aut ad robur vtriusqꜫ: si ad materiam: est nutritiua: si ad formam: est generatiua: si ad robur vtriusqꜫ est augmentatiua: de ordine autez dicendum ꝙ dupliciter possunt ordinari: ſm. s. respectum indiuiduorum: vel ſm respectum speciei: si primo modo: generatiua est prima: mox nutritiua: vltima est augmentatiua: si secundo modo: generatiua ẽ vltima: cui ministrat augmentatiua corroborando ⁊ maturando organa a quibus deciditur semen: nutritiua famulatur vtriqꜫ ministrãdo materiam. Hec sunt que de virtutib⁹ vegetatiuis vobis explananda proposueram: de sensibus vero lectione sequenti deo fauente determinandum erit: quare ⁊c̃.

¶ Tex. Cõmenti. 51. vsqꜫ. ad. 63.



T cũ iaz determinauim⁹. Presẽti sũma q̃ ẽ a Tex. com. 51. vsqꜫ ad. 162. tractat Aristoteles summatim de vnoquoqꜫ sensu: ⁊ membratim de sensib⁹ exterioribus ⁊ interioribus. Sed a Textu Cõmenti. 51. vsqꜫ ad. 63. differit de sensu generaliter inducendo istas ꝓpositiones. Sẽsus est virtus passiua. Sẽsus inuenit duobus modis: potentia. s. ⁊ actu. Motor in sensu est extrinsecus. in intellectu vero intrinsecus. Veruz pro introductione oium eoꝝ que dicturi sumus est oi cura ⁊ studio aduertendũ: ꝙ sentire ⁊ intelligere sunt operationes imanentes non transeuntes: est autem de ratione operationis immanentis ꝙ obiectum per ipsam realiter non transmutetur: nã ꝙ sit in eo a quo est effectiue: vnde sensatio omnis passio vere est intentionalis: quarum sensationum obiecta sunt operatiua aliquo modo in virtutes sensitiuas sensationibus informãdas: sunt nãqꜫ virtutes sensitiue oẽs receptiue sensationuz a ꝓducente ipsas sensatiões coadiuuante obiecto sensibili: qua de cã affirmo omnez sensationẽ passionẽ esse vere intentionalẽ. Intellectiones

ctiões oēs quibus hō intelligit operatões sunt imanentes ⁊ passiones vere intētionales quarū obiecta sunt aliquo mō opatiua in itellectū nostrū itellectionib⁹ pficiēdū: ⁊ hui⁹ cā est: q: intellect⁹ noster receptiuus est cuiuscūq; intellectōis: ⁊ hac lege pcedūt intellectões intelligētiaꝝ celestiū qbus alia a se itelligūt: intellectões aūt qbus se ipsas cōprehēdūt nō sunt passiones intētionales: cū eaꝝ nō sint receptiue sunt tñ opatões imanētes: q: tant intelligē his opationib⁹ opantia: intelligētibus. n. intellectões sunt opationes imanentes: ⁊ hec est cā φ sentire est pati sed intelligere est veluti pati. 3. de aīa. 2.

Sententia. 51. stat in hoc. Sensus cōsistit in moueri ⁊ pati: ergo est virtus passiua: patitur. n. a sensibili ⁊ alteratur ab eo recipiendo sensationē: est autē sensatio alteratio quedam: q: spiritualis. 7. physicoꝝ. 20. ⁊ cum cognitio fiat ratione similitudinis ⁊ sensus cognoscat sensibile dicunt antiqui simile pati a simili: veruꝫ primo de generatōe. 51. 52. declaraf hec ppositio: tam similitudo φ dissimilitudo rō existit actōis ⁊ passionis.

Auerrois prīo dicit: cum fuit locutus de virtute nutritiua: ⁊ subaudias ꝺ augmētatiua ⁊ generatiua: incipit loqui de sensibili ⁊ primo de illo qꝺ est cōe oibus sensibus: cōe nāq; est quo ad nos notius: si doctrina ēt cōpositiua exigit vt ab vniuersaliorib⁹ sp sumaf exordiū. ¶ Iteꝫ ait: sentire fit per aliquā passionē ⁊ motuꝫ in sensibus a sensibilibus nō per actionē sensuū in sensibilia: ⁊ dicit Auerrois in de sensu ⁊ sensato: opiniones antiquorum in cōprehensione sensibiliū sunt quatuor: quaꝝ vna est dicentiū φ forme sensibiliuꝫ sunt in aīa ⁊ in actu: ⁊ φ nō acqrunt eas ab extrinseco: ⁊ φ forme extrinsecē solū excitāt ⁊ faciūt rememorari illud qꝺ tenet ex eis: secūda est dicētiuꝫ φ nō est in anima aliqd sensibiliū in actu: sed acqrif ei ab extrinseco: ⁊ isti sunt bipartiti. qdaꝫ dicūt φ acqsitio formaꝝ extrinsecarū est acqsitio corporalis nō spiritualis. s. φ esse earū in aīa erit ꝭm dispositionē ꝭm quā extra animaꝫ sunt: illi aūt qui dicunt φ cōprehēsio rerum extrinsecarū ⁊ acqsitio earū est acqsitio spiritualis sunt bipartiti: quidā dicūt φ in cōprehēsione earum non indigent medio: qdam aūt dicunt φ aīa recipit suuꝫ sensibile mediantib⁹ mediis: primo. n. recipiunt ea media: ⁊ postea reddunt illud ad sensum eōem: ⁊ indifferenter siue mediuꝫ fuerit instrumentū: vt in tactu ⁊ gustu: aut corpus extrinsecū: veluti in visu: auditu ⁊ odoratu euenire cōspicitur: opinio itaq; Aristotelis fuit φ anima reciperet sensibilia per media: q: enim forma rei in re habet esse multū reale ⁊ materiale: in sensu multum spirituale: que duo eē sunt quodāmodo contraria: ideo indiguerunt sensibilia medio: vt medio modo essent in illo: nec totaliter videlicet realiter: nec totaliter spiritualiter: ¶ Amplius inquit: sensus alterantur a sensibilibus aliquo modo alterationis: ⁊ ista transmutatio non dicitur alteratio nisi multipliciter: est nāq; talis alteratio perfectiua: vnde forme que ꝭm esse reale possunt terminare realem mutationem: ꝭm esse intentionale alterationeꝫ spiritualem terminare dicuntur. ¶ Postremo ait: ⁊ nō sufficit ei qꝺ declaratū fuit in illo libro: q: sermo hic videtur magis proprius: subiectū. n. ꝺ quo loquif hic magis ppriū est subiecto de q loqbaf illic. Sensus est: in prīo de generatōe agitur de pati reali: hic vero de spirituali: ⁊ cū tam animata φ inanimata patianf passione reali: aīata v̄o ⁊ non inaīata passiōe spirituali: iccirco hec ꝯsideratio ē magis propria: illa aūt cōis appellatur.

Sententia. 52. stat in hoc. Cur sensus organa nō sentiūt composita ex elementis. Cur p oculos videmus ñ vidēdo ipos: nec colores eoꝝ: nec carnē: nec calorē carnis nr̄e tāgim⁹ sꝫ p carnē cetera tāgimus. Solutio ē: q: sensus sunt virtutes passiue nō actiue: vñ si sensus eēnt actiui: sentirent se nō ꝯcurrēte sensibili extrinseco: actio. n. vt docte. Egidius dicit: ñ ē in aliquo absq; obiecto extrinseco: vel si sit transiens in mām exteriorē: vel si illud in quo recipitur illa actio nō sit potētia actiua. Elementa aūt dicunf p se sensibilia: vel q: eis ꝯpetit hic accidentia que ꝭm se exñt sensibilia. vel ꝺ rōe elemēti nāliter ⁊ opatiue ꝯsiderati ē qualitas prima sꝫ. n. caliditas nō sit de rōe ignis: ē tñ de rōne ignis operantis:

Auerrois Primo dic̄: ⁊ hoc si nō intēdit p existimationē certificationē. multotiēs. n. vtif existimatiōe pro certitudine. Sensus ē: si Aristoteles dixit Textu Cōmēti. 51. existimatur notās opinionē hic ꝯuenienter ponif rō p modū dubii: at si intenderet p existimationē certitudinē: vt fecit prīo de aīa. 2. 19. 3. phy. 17. hec rō ñ eēt p moduꝫ dubii sꝫ p modū demōstratiōis. ¶ Itē ait: necesse ē si sensus eēnt actiue v̄tutes: vt sentirēt ex se ⁊ ñ vt indigerēt in sentire aliquo extrinseco: sensuū. n. qdaꝫ attribuif in sua ꝯpositiōe vnicuiq; elementoꝝ: ⁊ ista sunt sensibilia: opꝫ igif vt sentirēt se ⁊ h̄ itēdebat cū dixit: ⁊ accidētia ꝯtigētia eis. i. ꝯtigētia istis sensibilib⁹ ex qb⁹ ꝯponunf instrā istoꝝ sensuū: ⁊ p accidētia ꝯtigētia istis sensibilib⁹ itelligit sensatiões: passiuuꝫ n. applicatū actiuo ñ pt ñ agē: ⁊ cū i diuersis orgāis diuersa dominenf elemēta: q: i visu aq̄: i auditu aer i olfatu ignis: i gustu ⁊ tactu terra colligif palā i mixtis remanē elemēta formalr ꝭm eē remissuꝫ ⁊ trūcatū: valent. n. iste ꝯsequēne. Elemēta habent rōnem eāe mālis respcū mixtoꝝ: ḡ elemēta manent in mixto formalr. Itē mixtio ē miscibiliū alteratoꝝ ⁊ ñ corruptoꝝ vnio: ḡ. Amplius nō est elementū nisi elemētati: ergo. ¶ Rursus inqt Auerrois virtutes passiue idigēt motore extriseco: ⁊ dicebat. 4. celi. 2. virtutes actiue ⁊ passiue differūt i h̄: q: actiue ñ idigēt cū exiuerit de potētia i actū motore extriseco: passiue aūt ⁊ ē necessari⁹. 5. metha. 17. 9. metha. 2. potētia passiua ē pricipiū trāsmutādi ab altero iquātuꝫ alteꝝ: hec ḡ ē pria diā q̄ v̄tutes aīe differūt abiuicē: ⁊ ē pricipiū ꝯsiderandōis ꝺ itellectu. 3. ꝺ aīa. 18. ⁊ ꝺ aliis v̄tutib⁹. ¶ Postremo Cōmētator in de sensu ⁊ sensato docet itellectū ꝯprehēdē itētiões vl'es sine medio: sensuꝫ v̄o necessario egē ope mediii q: recipit itētiões pticulares: forme. n. i re ad ex̄ habent eē purū corporale: in aīa purū spirituale in medio mediū inter eē spirituale ⁊ corporale: ⁊ hac de cā intelligere ē i nr̄a potestate ⁊ non sentire.

Sententia. 53. stat in hoc: ⁊ sentiens ⁊ sensus ⁊ sensatio distinguunf per actū ⁊ potentiam: dicit Auerrois: qꝺ. n. est i obscuro est videns in potentia sed ista potentia ē propinquior actui φ potentia que est in visu dormiētis. Sensus ē: dormiens impeditur ab actu intrinsece: existēs in tenebris extrinsece: qui sepe dicitur actu videre: q: cui parum deest nihil deesse videf: ⁊ qꝺ ppe ē videf tūc presto esse. 2. phisicoꝝ. 56.

Contra. Sensatio est operatio imanēs ergo est in agēte: ergo datur sensus agēs. Solutio est: appellatur actio imanens: nō quia fit in agente: sed qꝛ per eam obiectū nō realiter transmutatur. ¶ Itez anima est causa efficiens sensationis: supra. 37. ergo sensus est virtus activa. Dico negando cōsequētiam: ab anima. n. sensitiva nō provenit sensatio sed ab anima primi mobilis: que ⁊ intellectus agens ⁊ sensum agēs apud peripateticos vocatur. ¶ Iterum: anima sensitiva est forma: sed forme est agere: materie pati: primo de generatione. 55. 2. de generatione. 54. ergo anima sensitiva est activa. Dico aīam sensitivā esse activā. i. productivam potentie ad operationem necessario requisite: absurdū nāqꝫ est dicere sensus exteriores imutare interiores: cum non sint obiecta eorum.

Textus cōmēti. liiij.

Inducitur vt sciamus aliud esse agere: aliud moveri: nō obstante qꝫ actio ⁊ passio sint vnus motus: vnde actio ⁊ passio sunt idem re: differunt rōne: vocatur passio quatenus est actus entis in potentia. 3. physicoꝝ. 6. esse autem in potētia est eē imperfectum. 2. physicorū. 11. actio dicitur vt fluit a perfecto: qꝛ ab eo quod est in actu: semp. n. existimabit aliqua species movēs. 3. physicorū 17. 3. de anima. 54. ¶ Dicit Averrois: omne numeratū in genere passionis nō habet esse nisi ab aliquo agēte: ⁊ ideo si agens nō fuerit: hoc nō erit: omne eniz numeratū in genere actionis habet esse ex se non ex alio. Sensus est: virtus passiva nō reducit ad actuz nisi ab agente: activum autez in eo qꝫ activum habet esse ⁊ operari ex se non ex alio. ¶ Item ait: virtutes passive sunt admixte ex potentia ⁊ actu. i. quādoqꝫ sunt in actu: quandoqꝫ in potentia: si sunt in actu: patiūtur a simili: si in potētia: a dissimili: ⁊ oportet vt cōservetur sicut diximus in alijs virtutibus anime ⁊ maxime in virtute rationali: que est purum potentiale in latitudine intellectuū. Et si quispiam dicat: actio competit agenti ⁊ est passio ergo passio competit agenti: ergo agens patit: dico qꝫ accidit actioni qꝫ sit passio quatenus competit agenti.

Sententia. 55. ⁊. 56. talis est. Est quippiā sciens: quatenus capax est disciplinę: alter vero propterea quod cum voluerit cōtemplari potest id ipsum facere: nisi quid externuz forte prohibeat impedimentoqꝫ fiat: ⁊ preter hos est alius qui iam contemplatur ⁊ est actu proprieqꝫ sciens hoc. A. ambo primi sunt potentia scientes: verum vnus indiget alteratione per disciplinaz: alter vero ex otio transit in operationem: ⁊ ita colligitur ista distinctio: potentia duplex: remota ⁊ propinqua: accidentalis ⁊ essentialis: colligitur etiam liberum arbitrium: cum possit aliquis considerare cum voluerit. ¶ Dicit Averrois. 56. ⁊ mutabit multotiens ex habitu ad dispositionem contrariaz: ⁊ ex dispositione contraria ad habituz quousqꝫ habitus fit firmus ⁊ fixus. Contra: si nō erit habit⁹ acqsitus: quō pacto movebit ab habitu in dispōez: dico qꝫ h̄ dictū sic intelligit: mutabitur ex habitu. i. ex cognitiōe veri in dispositione. i. ignorantiam.

Dgressio.

Dubitatur nunquid actus precedentes virtutem ⁊ scientiam ipsis sint nobiliores: videtur quod sic: quia causa nobilior est quaz effectus: actus precedentes virtutez ⁊ scientiā causant ⁊ aggenerāt virtutē ⁊ scientiā: ergo ⁊c. Affirmo actus p̄cedentes longe esse imperfectiores virtute ⁊ sciētia: nam in naturalibus accidentia precedentia formā sunt impfecta: sequentia vero inveniuntur perfecta: imo accidentia antecedentia sunt violenta ⁊ contra naturā: sequentia formā existūt naturalissima: ergo actus p̄cedentes virtutē ⁊ scientiā sunt incōpleti: ⁊ quasi contra naturā: sequētes autez completi ⁊ quasi s̄m nām: est. n. habitus aggenerat⁹ in potentia quasi quedā forma potentie inclinās determinate in tales ⁊ tales actus: habens se quasi p modum nature: vnde. 2. Ethicoꝝ capitulo. 6. virtus est certior oī arte ⁊ melior est: quēadmodū ⁊ natura: inclinat. n. in aliquid determinate p modū nāe: manui. n. non consuete ī naturale est citharyzare: habilitate vero naturalissimū. Ad argumentū dico act⁹ precedentes causare scientiā ⁊ virtutē nō virtute ppria sed in virtute luminis intellect⁹ agētis: vel dico efficiens nō semp p̄stātius esse passo: facit. n. potio sanitatem ipsa nobiliorez: quare ꝯcludo hunc ordinez actus p̄cedentes: virtus ⁊ scientia: actus sequētes: hoc fundamento: finis est nobilior his que sunt ad finem: actus antecedentes ordinantur ad virtutem ⁊ scientiam: ⁊ hec ad actus sequentes ergo virtus ⁊ scientia erunt nobiliores actibus precedentibus ⁊ ignobiliores sequentibus: ⁊ hec est causa qꝫ cōiter dicitur: perfectior est habitus si sit actui coniunctus: ⁊ ita melius est esse in actu formali compatiente secuz esse virtuale qꝫ esse in actu virtuali tantū. Et vlteri⁹ queri solet nūquid per vnum actū generet habit⁹ ⁊ per alios augeat: videtur in primis qꝫ sic: prim⁹ act⁹ facit aliquid. Secūdus vel factū auget: ⁊ habet itētum: vel facit aliud specie: ⁊ hoc nō: qꝛ illi act⁹ sunt similes: vel numero: ⁊ hoc nō: qꝛ duo diversa numero in eodem esse nō possunt: Ex alia parte: si p vnuz actum generetur habitus: idem homo iustus eēt ⁊ iniustus: cū iniustus possit facere actū iustitie. Multi existimant primū actum totam essentiam habitus generare ⁊ supervenientes augere qd̄ factū ē p primum actū: vnde perseverantia qua hō non cadit: cōtinentia qua vincit sed non delectabiliter: tēperantia: qua superat delectabiliter appetitū sensitivū: heroica qua nō movetur quovis modo ab obiecto quātūcunqꝫ delectabili differunt s̄m perfectū ⁊ imperfectum esse: nō s̄m essentiā. ¶ Dico ergo ob difficultatem repertam in appetitib⁹ ⁊ intellectu respectu proptiorum habituum primum actum remittere aliqd de illa difficultate ⁊ sequentes etiam: tandem vnus actus in virtute precedentiū inducit totam essentiaz habitus: vt de guttis cavātibus lapidem dicitur. 8. physicorum. 23. Ad argumentū aūt dico duos actus nō differentes specie posse nō idez producere: dummodo vnum illorum ordinetur ad aliud: remissio. n. difficultatis ad formam ordinatur ad introductionē forme: sed vn̄ nascat difficultas. in appetitib⁹ ⁊ itellectu respectu hitū dicā loco opportuno.

Sententia. 57. ⁊. 58. talis est: passio alia ē corruptiva: alia pfectiva: transiens de potentia propinqua ad actum scientie: non dicitur vere alterari. Exiēs vero de potentia remota ⁊ essentiali vere docetur ⁊ non vere alterat: neqꝫ vere patitur. Unde ē diligenter advertendū: alteratio ē duplex spiritualis scilicet ⁊ corporalis: spirituali quandoqꝫ abollet ignorantia succedente doctrina

sepe

sepe ad considerationem nihil amittẽdo reuocamur ⁊ tunc proprie non dicimur alterari. alteratio namq; spiritualis perfectiua propria est quando mutamur ex otio ad operationem: fateor ⁊ ego alterationem spiritualem imperfectiuam qua scilz scientia obliuiscitur: aut deperditur: quare passio perfectiua nõ requirit necessario deperditionez alicuius positiui: veluti passio corruptiua qua necessario a subiecto aliquid deperditur. ¶ Rursus apud Platonem habitus erant connaturales intellectibus multiplicatis: ⁊ nostrum scire erat reminisci: Commentator ponit vnum tantum intellectum cui cognitio equi perpetuatur varijs diuersorum hominũ fantasmatibus eã conseruantibus ⁊ ita apud ipsum nrz scire existit aliquo modo reminisci. 3. de aia. 5.

Auerrois. 57. primo dicit: etiam est passio que est euasio patientis in potẽtia ab eo quod est in perfectione ⁊ actu: sm ꝙ illd qd est in actu est simile non contrarium scilz extrahens ipsum a potentia ad actuz: e conuerso dispositioni in prima passione. Sensus est: vnum subiectum stans sub vna forma contraria nũquam transmutabitur nisi a contrario: educens itaq; vnam formam contrariam de potentia subiecti existit contrarium non simile: at ⁊ sensus ⁊ intellectus reducuntur de potẽtia ad actuz a sibi similibus: vel illa sint obiecta: vel sint agentia sensationes ⁊ intellectiones: ⁊ licet sensus ⁊ intellectus reducantur de potentia ad actum: sensationes tamen ⁊ intellectiones non educuntur de potentia sensus ⁊ intellectus. ¶ Amplius inquit: alteratio que est euasio patientis est duplex: alteratio scilicet de non esse ad perfectionem: ⁊ alteratio de prima perfectione ad vltimam. Sensus est: mutatio ad scientiam ex ignorantia est alteratio de non esse ad perfectionem: at mutatio ad scientiam actualem ex habitu vocatur passio perfectiua: ⁊ est alteratio de prima perfectione ad vltimam: ⁊ dici potest perfectiua: quia oritur ab ipso habitu simili. ¶ Itẽ Auerrois tangit tres modos quibus homo adipiscitur aliquam facultatem: ⁊ sunt: Disciplinatio que respicit scientiam acquisitam per inuentionem. Doctrinatio que est respectu notitie a doctore extrinseco acquisite: ⁊ rememoratio que est respectu notitie iterate postea quam oblita fuerit: ⁊ subdit Commentator. alteratio est duobus modis: quorum vnus est transmutatio que fit in dispositiõibus non esse in patienti ab agente: ⁊ alius est transmutatio que fit in dispositione habitus ⁊ forme existentis in patiente ab agente: ⁊ ista est pãssio que est non corruptio patientis sed euasio. Sensus est: est alteratio spiritualis sepe ab ignorantia ad scientiaz: quandoq; ab habitu ⁊ forma ad actum secundum. ¶ Postremo est obseruandum id quod Auerrois dicit. 7. physicorum. 12. in sensibus inuenitur modus alterationis alius a modo alterationis qui est in ipsis sensibilibus: cum hec sit corporalis: illa vero spiritualis: res nanq; animate alterantur per duas alterationes insimul: scilicet spiritualem existentem in sensibus: ⁊ corporalem existentem in sensibilibus: inanimata autem non alterantur nisi altero genere tantum. Et si dicas: ergo aer quando illuminatur alteratur realiter. Solutio ẽ: potest inanimatum spiritualiter alterari non vt inanimatũ sed vt est medium sensationibus perficiendis accomodatuz animatum vt animatũ ⁊ realiter ⁊ spiritualiter alteratur merito materie ⁊ anime: quare oĩs alteratio spiritualis vel erit ipsius virtutis cognoscitiue vel alicuius ordinati ad sensationez: ⁊ ita interpretandus est ille locus.

Sententia. 59. ⁊. 60. talis est. Hec cum ita sint: prima quidez mutatio sensitiui ab eo qd generat fit: cum aũt ortum est: hz iam sensum pinde atq; scientiaz: ⁊ sentire actu simile est cõtẽplari. Differentia tñ est: ea que actu sensuz efficiunt extra sunt: sed que mouent itellectũ sunt intrinseca: ⁊ cã est: sensus nãq; est singulariũ: Sciẽtia vero vlium est: hec autẽ in ipsa aia quodãmodo sunt: quapropter itelligere est in nostra potestate: nõ aũt sentire habet igit a quo producat sensus ⁊ differẽtia inter sensum ⁊ intellectũ ex parte obiectorũ.

Auerrois. 59. Primo dicit: ⁊ prima trãsmutatio sentiẽtis que ẽ similis trãsmutatõi hoĩs de ignorantia ad sciaz per doctorẽ est transmutatio que fit p agens generãs aĩal nõ a sensibilibus. Sensus ẽ: transmutatio que proportionat sciẽtie pducte ex ignorantia est qua pducit sensus: itaq; sensus fit vt habitus. Sensatio vero vt actus. Similr sciẽtia habitus existit: scire aũt actus. ¶ Itẽ ait: opinat ꝙ prima pfectio sensus fit ab intelligẽtia agente: scda aũt pfectio fit a sensibilib⁹. Sensus ẽ: sensus ipsi pducunt a virtute formatiua vocata intelligẽtia agẽte. 7. methaphysice. 31. q sensus si debent sentire opz sensibile adesse: vñ ad hoc vt prima pfectio dicat scda reqritur pñtia sensibilis. ¶ Rursus inquit: mouẽs primã pfectionẽ in sensu ⁊ extrahens eam in scdam sunt extrinseca sensata: ⁊ mouẽs scientez de prima perfectione in scdam est aliquid copulatum cuz anima copulatione in esse ⁊ nõ in essentia: ⁊ est intentio vniuersalis quã intellect⁹ cõprehẽdit sine medio: cuz sit abstracta oio: vñ verius vniũtur vlia intellectui ꝙ forma materie ⁊ intelligentia orbi. 3. de aia. 5. 2. celi. 3.

Auerrois. 60. Primo dicit: motor ẽ in sensu extrinsecus: ⁊ in intellectu intrinsecus est: qr sensus in actu non mouetur nisi motu qui dicitur comprehensio a rebus particularibus sensibilibus ⁊ iste sunt extra animaz: intellectus aũt mouetur ad vltimam perfectionem a rebus vniuersalibus: ⁊ iste sunt in anima. Dubitatur quia sicut intellectus mouetur ab intentione vniuersali existente in ipso: ita sensus ab intentione particulari existẽte in sensu: ergo motor in sensu erit intrinsecus: veluti ⁊ in intellectu. Dico quantuz ad intentiones rationem concludere: dicitur tamen sensus moueri a sensibilibus extra: quoniam intentiones in sensu nõ conseruantur nisi in presentia sensibiliuz: intellectui vero imaginatiua: cogitatiua: rememoratiua deseruiunt: eiq; imaginez sensibilis absentis presentant. 3. de aia. 6. ⁊ in de memoria ⁊ reminiscentia: ⁊ hec ẽ causa ꝙ motor in intellectu est intrinsecus. Dico vlterius sensibile habere esse in subiecto: medio: sensu exteriori ⁊ interiori: intentiones imaginabiles que sunt vniuersales in potentia propinqua: maximã habent cum intellectu cõnexionẽ: cum imediate efficiãtur vles in actu ab intellectu agente: comprehensio aũt vlis facit intellectũ nõ indigere medio: cõprehẽsio autem indiuidualis causa est ꝙ sensus requirunt instrumenta in de sensu ⁊ sensato. ¶ Amplius ait: post declarabit ꝙ ea que sunt de prima perfectione in intellectu sunt quasi sensibilia de prima pfectiõe in

sensu scilicet in hoc ꝙ ambo mouent ⁊ nō est simili/tudo quātū ad modum mouendi: neqꝫ quātum ad cōnexionem: ⁊ sunt intentiones imaginabiles: ⁊ iste sunt vniuersales potentia non actu: quia sunt intel/lecta potentia nō actu. vniuersalia aūt sunt intellecta actu. ¶ Iterum ait: ⁊ causa in esse istius dispositiōis in nobis in scientia sensibilium ē eadem causa in esse istorum in ipsis sensibus idest noticia que habet de sensibilib⁹: sublatis illis permanet opinio: opifices nāqꝫ artiū mechanicarū appellat Themistius scios sensibiliū: ⁊ similiter subdit est intelligendū ꝙ dis/positio existens in nobis in scientia vniuersaliū est in nobis: quia est in virtute rationali: ⁊ ꝙ causa ꝙ sumus per illam hoc modo est causa qua ipsa est illo modo. idest qꝛ vniuersalia nō habent esse nisi in aīa: ideo intelligimus cum volumus.

Digressio Auerrois.

Et potest. Digressio hec tendit ad hͦ: vt de/claretur opus esse ad producēdas sensationes motore extrinseco alio a sensibilib⁹. Se/ries autem verborū Auerrois talis est: sensibilia nō mouent sensus illo modo quo existunt extra animā: mouēt enim sensus ꝓm ꝙ sunt intentiones: cū in ma/teria non fuit intentiones in actu sꝫ in potētia: ergo mouebunt sensus ꝓm esse quod habebūt in sensib⁹: ⁊ non ꝓm esse quod habebunt in materia. Sed diuer/sitas inter esse reale ⁊ spirituale nō potest euenire ꝑꝑ diuersitatem subiectorū: quia melius est existimare ꝙ causa in diuersitate materie ē diuersitas formarū: nō ꝙ diuersitas materie sit causa diuersitatis forma/rum: ergo ponendus est motor extrinsecus alius a sensibilibus cuius officium sit transferre formam de esse reali ad esse spirituale: sicut fuit necesse in intelle/ctu: vnde i de somno ⁊ vigilia dicit Auerrois: omne quod exit de potentia in actum habet agens quod ē de genere illius rei quod exit de potentia in actum: ergo necesse est vt faciens cognitionē sit intellectus in actu: verum Aristoteles tacuit hoc in sensu: quia latet: ⁊ apparet in intellectu: idest magis apparet ꝙ producens intellectionem sit intellectus in actu: qꝫ agens sensationem sit intellectus: nihilominus ⁊ ꝓ/ducens intellectionem ⁊ producens sensationē est intellectus in actu.

Sunt qui Cōmentatori aduersantur dicentes aliqua esse distincta propter materiam ⁊ non propter formam: nam idem sol indurat lutum ⁊ liquefacit ceram. Idem quoqꝫ obiectū producit spe/ciem sui in medio: in sensu vero visionem (vel sit mo/tor extrinsecus qui speciem producat ⁊ sensationē) constat autem diuersitatem inter speciem ⁊ sensatio/nem inueniri duntaxat ex parte subiectorū: Solutio est: iste rationes non procedunt contra mentē Auer/rois qui intendit quātū ad esse spirituale ⁊ materia/le diuersitatem nō esse tantūmodo propter materiā: sed eam esse propter agens: quāuis in specieb⁹ vni⁹ istorꝫ generū ponēdū sit diuersitatem esse mām vno existēte agēte: nam in spēb⁹ mālib⁹ vt est liquefactio ⁊ induratio tota diuersitas pēdet a materia. Simılr in spēb⁹ spiritualib⁹: velut speciei visibilis ⁊ visio/nis diuersitas orit ex materia. Cōmentator ergo in/telligit qꝫtū ad eē spirituale ⁊ māle in genere. Et si queras: que ē rō diuersitatis ꝙ in eodem genere di/uersitas ē ꝑꝑ mām: in diuersis autem ꝑpter agens. Dicitur ꝙ hoc est quia sibi respondent diuersi modi

immutandi non cōuenientes in aliquo: vnum namqꝫ sit cū immutatione perfectiua: aliō vero corruptiua. ¶ Item non desunt qui Auerroim ad contradictio/nem reducere conentur: quia. 8. physicorū. 46. dicit quando materia fuerit diuersa: diuersabitur ⁊ forma hic sentit diuersitatem materie prouenire ex diuersi/tate forme. Solutio est: licet si materia sit diuersa: for/ma sit diuersa. ⁊ econtra: causa tamen diuersitatis ma/terie est diuersitas formarum: est enim materia eadē ꝓm essentiam respectu omnium corporū subcelestiū variata tñ ꝓm esse.

Digressio.

Quia de motore extrinseco facta hic est mentio ideo non immerito dubitatur: nunquid de/tur sensus agens: videtur ꝙ sic. tum quia sensatio ꝓ/ducitur ab anima. 2. de anima. 37. tum quia anima sensitiua est forma ⁊ forme est agere. tum quia sensa/tio non haberet principium actiuum: ⁊ non existeret operatio īmanens. tum quia: educuntur de potentia materie forme intentionales ergo conceditur sensus agens. tum quia datur intellectus agens. His ratio/nibus multi putauerunt animam sensitiuam habere duas virtutes qualitates de secunda specie: quarū vna recipit: altera agit: virtus receptiua erat sensus passiuus: altera vero dicebatur sensus agens. ¶ In oppositum: si daretur: non cognoscens esset absolu/te nobilius cognoscēte: vt sensus agens passiuo. Itē sensatio ⁊ species sensibilis sunt idem re: veluti in/tellectio ⁊ species intelligibilis: sed sensus actiue non concurrit ad speciem: ergo neqꝫ ad sensationē. Iterum sentirent se ⁊ in absentia sensibilium supra 52. esset Aristoteles diminutus: cōceditur quoqꝫ mo/tor extrinsecus alius a sensiblibus. ¶ Pro expedi/tione tanti quesiti relictis superfluis dico primo for/mas quantum ad esse reale ⁊ materiale habere agēs corporeum eas extrahens motu vero: habet namqꝫ agens extrahens in materia in quam agit dispositio/nes disconuenientes forme extrahende quas quidē motu oportet abijcere: ⁊ in genere agentium corpo/ralium celum est primū ⁊ est motum ex se ⁊ alterans: motus enim celi adducit ⁊ abducit generans. 2. de ge/neratione. 55. ⁊ hec est causa qd dicitur. 8. physicorū 47. ista inferiora sunt quasi instrumenta per que mo/uent corpora celestia. ¶ Dico secundo formas acqui/rere esse spiritualia ab agente spirituali: ⁊ quia sensa/tio ⁊ species sensibilis sunt idem re: pariter intelle/ctio ⁊ species intelligibilis: ideo sensus omnes tan/tum erunt passiui: ⁊ similiter intellectus possibilis: quia sensus ⁊ intellectus suscipiūt species ⁊ eas nō agunt: erunt itaqꝫ intelligentie celestes actiue sensa/tionum ⁊ intellectionum ⁊ cum in genere agentiū spiritualium sit inuenire primam intelligentiam inde/pendentem a qua celum ⁊ natura dependet. 12. me/taphysice. 38. vocabitur deus productiuus esse spi/ritualium: quare quemadmodum deus transfert de potentia intellecto ad actu intellectum: ⁊ dicitur in/tellectus agens: quia est intellectus ⁊ agit: tamen exactissime loquendo quoad hoc deberet appellari intellectum agens coadiuuante fantasmate: non enim pendet intellectio hominis a fantasmate tan/quam a causa effectiua: ne intelligere sit sentire ⁊ in/tellectus sensus. tertio de anima. 18. ita transfert de potētia

de potentia sensato ad actu sensatū: concurrente sensibili ⁊ appellatur sensum agens: ⁊ q2 nō est sensus: non datur sensus agens: ⁊ hac rōne deus est motor extrinsecus alius a sensibilibus: ⁊ hec oia accepi ab Auerroi in d somno ⁊ vigilia quādo dixit: hoc.n. posito non ē inopinabile vt intelligentia abstracta det anime imaginatiue naturam vniuersalez illius indiuidui facti.s. intellectum sue cause ⁊ anima imaginatiua recipiat ipsum particulare sm q2 est in materia: ⁊ tunc forte recipiet indiuiduū illius intellecti: aut suū simile: ⁊ queadmodū dat pfectōes animales vniuersales: ⁊ materia recipit eas pticulares: ita hic dat perfectionem vltimam anime imaginatiue vniuersalem ⁊ imaginatiua recipit eam particularem: declaratum est enim q2 intelligentia agens dat primas perfectiones virtutum anime particulares ⁊ particulariū.s. gnqz sensus ⁊ virtutis imaginatiue: dator enim vltimarū perfectionū in eis ē res sensibilis.i. concurrit res sensibilis tāquaz res transferibilis ad esse spūale: in hac autē cōprehensione spirituali que fit in somno: illa dat anime postremam perfectionez: idest in vigilia dat deus postremā perfectionem cōcurrente sensibili: in somno vero eādem largitur sensibus exterioribus existentibus ligatis: licet igit formę in esse reali imediate a deo esse non possint: oēs tamen formas in esse spirituali imediate prima causat intelligentia. ¶ Ad argumenta: dico sensationez produci ab anima primi mobilis: ⁊ fatto animā sensitiuam productiuam potentiarum: habet etiam sensatio principium actiuum sensibile ⁊ deum: ⁊ cū per ipsam non transmutetur obiectum est operatio imanens: ⁊ forme intentionales non dicuntur extrahi: quia in instanti est earum translatio nullo motu precedente. Ultima ratio concludit q2 datur sensuz agēs hec sunt que relictis superfluis mētē Aristo. ⁊ Auerrois resolute manifestant.

Sententia.

61.62. talis est. Nūc id sit a nobis determinatuz: cuz simplex non sit id quod dicitur esse potentia: sed aliud quidē sit vt puer quem militare posse dicere liceti aliud autem vt hisse qui iam etate militariqz arte aptus euasit ad militandum: sensitiuum similiter se habere: atqz cum ipsorum differentia nomine careat: determinatum autem sit ipsa esse diuersa ⁊ quo pacto diuersa sunt: necesse est ipso pati ac alterari tanquam proprijs nominibus vti: ipsum autem sensitiuum potētia tale est: quale iam ipsum sensibile est actu: patitur igitur cum est non simile: at passum euasit sile ⁊ ē tale quale est illud.

Auerrois.

61. dicit: per omnia ista intendit declarare q2 potentia sensus que recipit sensibilia nō est pura preparatio: sicut preparatio que est in puero ad recipiendum scientiaz: ⁊ q2 est aliquis actus sicut habens habitum quando non vtitur suo habitu. Sensus est: semen est potentia remota sentiens. Qui dormit: potentia remota: id sensus cum sit actus organi non est pura preparatio. ¶ Au. 62. visum est nobis q2 necesse est inquantum ista intentio quam determinauimus de anima non habet nomen proprium dare ei nomen passionis ⁊ alterationis que est subiectum rerum verarum idest que passio est subiectum: idest genus rerum veraruz idest intentionum: que ideo dicuntur vere: q2 cōformātur itellectui ⁊ rebus. ¶ Rursus inquit: illud qd innatum est perfici p intētionē rerū sensibiliū nō per ipsas res sensibiles: ⁊ si nō: tūc esse coloris in visu ⁊ in corpore esset idez: ⁊ si ita esset: tunc esse eius in visu non esset cōprehensio. Sensus est: esse coloris in corpore non est esse coloris in visu: q2 visus nō cōprehenderet: sicut nec paries: vel pies videret sicut ⁊ visus: patet cōsequētia: q2 si esse coloris in corpore esset esse coloris in visu: cum esse coloris in corpore nō sit cognitio: neqz esse coloris in visu visio appellaretur. Uel veluti esse coloris in visu nuncupat comprehensiotita ⁊ esse eiusdez in corpore ad extra visio nominaretur: quare vel visus non comprehenderet sic nec paries vel paries videret sicuti ⁊ visus: color itaqz sm esse reale visui est dissimilis: sm esse intentionale est similis.

Digressio.

Quia hac in parte due tandē ppositiones sunt approbate: quaz vna est. Sensus est virtus passiua ⁊ receptiua absqz reali transmutatione ⁊ alteratione: altera vero est: ad sensationē causandam vel conseruandam preexigitur presentia sensibilis: iccirco operepretiuz est ad excitandū ingenia vestra nōnullas inducere difficultates. In primis naqz videtur sensum non esse virtutē passiuā: tum quia: sensus ⁊ obiecti impossibilis est trasmutatio: tum quia: sensus non tantuz recipit: sed etiam iudicat: iudicare autem aliquid agere est: ergo sensus non tantum passiua sed virtus existet actiua: tum quia: ex parte anime rationalis inuenitur virtus actiua ⁊ passiua: ergo ex parte sensuū predicte virtutes reperiūtur: tum quia: sensus est virtus anime sensitiue: ergo est virtus actiua: tum quia: sensibile esset prestantius sensu: cum sensibile ageret in sensuz ⁊ sensus a sensibili pateretur. Solutio est. Est sensus virtus passiua: cuz fiat in actu per receptionem forme in esse spirituali: vnde quatenus potentia anime copulatur cuz organo vocatur potentia prima ad sensuz: ⁊ assimilat hec potentia potentie sciendi in puero: inquātum vero dispositio fit per spiritum animalem ⁊ calorem naturalem ⁊ armoniam organi nūcupatur potēna sensus disposita ⁊ propinqua: ⁊ est hec potentia sicut potentia sciendi in discipulo nūdum habente habituz qui tamen multis consentiat propositionibus: quādo aūt sensus est actu informatus specie sensibili dicit potētia completa per actum: ⁊ est quemadmodum potentia sciens. Neqz rationes oppositum huius cōuincunt. Ad primā: sensus ⁊ obiecti impossibilis ē trāsmutatio physica ⁊ realis que si esse debeat: exigūtur qualitates contrarie actiue ⁊ passiue vel in se vel in suis causis. Ad secūdam: nō est officiuz sensus vt est potentia remota ⁊ imperfecta ⁊ īdisposita iudicare ⁊ agere: sed sensus cōpletus per actum speciei sensibilis iudicat ⁊ agit: quemadmodum ⁊ materia in naturalibus quādo ē in potentia imperfecta neqz mouet neqz agit: sz quando completa est per actum forme mouet ⁊ agit. Ad tertiam: ex parte anime humane non est nisi intellectus possibilis: ⁊ ita ex parte sensuum non inuenitur nisi sensus passiuus. Deus autez transferi formas ab esse materiali ad esse spirituale ⁊ abstractum. Ad quartam negatur consequentia: sat enim est cuiussuis anime aliquam virtutem esse actiuam: quia vnaqueqz anima est motiua: ⁊ nō oportet omnem virtutem anime esse actiuam. Ad quintā: sensibilia quatenus informant sensus sunt ipsis prestantiora: vt autem sensus terminant dependentiam for

marum in esse sensato: sic sensus sensibilibus antepo nuntur in nobilitate.

Preterea quia sensibilia in sensib⁹ exteriori bus habent esse spirituale debi lissimu3: iccirco non potuerunt sensibilia conseruari nisi in presentia: cetere virtutes maioris perfectionis sensibilia ꝛ presentia ꝛ absentia comprehendere valuerūt: ꝛ licet quādoq3 appareat homini videre: audire absentia: nihil est tamen qd videat ꝛ audiat ſm veritatē: ver3 de his loquar dum de visione tractabo.

¶ Tex. cōmenti. 63. 64. 65.

Et antequam. Sententia huius partis stat in hoc. Sensibile aut est per se: aut per accidens. Sensibile per se: aut proprium: ꝛ est illud quod non alio sensu sentitur circa quod non contingit sensum exteriorem errare: aut cōmune: veluti sunt: motus: quies: numerus: figura ꝛ quantitas.

Auerrois. 63. Primo dicit: ꝛ quia sensibilium hec sunt vniuersalia ꝛ hec propria: incepit prius loqui de vniuersalibus: idest de terminis vniuersalibus ꝛ non de sensibilibus cōmunibus: cum faciat oppositum: at cum hoc nomen sensibile proprium sit nomen cōmune: ideo prius de vniuersalibus: ait secundo: Sermo eius in hoc capitulo apparet preter hoc quod dixit. Sensus aūt plures habet modos: intendit q sensibilia vniuscuiusq3 istorum sensuū plura sunt vno modo: sed vnusqsq3 sensuum iudicat suum sensatu3 proprium ꝛ nō errat in illo in maiori parte: vnde est aduertendum q anni qui crediderunt omne quod apparet sensui esse verum: tu3 quia: sensus non decipitur circa proprium obiectum: tum quia: omne quod agit: agit ſm q est in actu: tum quia: omnis nostra cognitio ortū habet a sensu. Si tamē hoc esset verum: idem esset vnum ꝛ multa: idem esset maius seipso: fractum ꝛ integrū rectum ꝛ curuū. Dico itaq3 sensum decipi circa iudicium de re imutante: sed non circa iudicium de imutatione rei: sensus enim quandoq3 imutatur ab vna re ac si imutaretur a duabus: quare sensus non decipitur circa obiectum proprium ꝛ per se ꝛ debito modo proportionatum sensui: vt Themistius reffert. Iudicio quidem particulari decipitur sensus: nunq̄ tamen iudicio vniuersali. Agens etiā quādoq3 agit ſm modum passi.

Digressio. Aurrois.

Et cum dixit. Digressio hec tēdit ad hoc vt declaret sensus nō percipere essentias rerum in vniuersali. Et primo ponit differentiam inter intellectū cuius officiu3 est cognoscere abstracte: ꝛ sensu3 percipientē nō modo abstracto. Scdo inducitur discrimen inter sensum hoīs ꝛ sensum bruti: sensus hoīs percipit intentōes indiuiduales decē p̄dicamentor ꝛ sicut medulla. Sensus bruti apprehēdit vt cortex. Tertio assignat differentia inter cogitatiuam ꝛ alios sensus hoīs interiores: ipsa nāq3 cognoscit obiectū sine cōditōib⁹ singularib⁹ ꝛ pticularib⁹: alij vero cū cōditōib⁹ singularib⁹: imaginatiua aūt est spūalior sensu cōi: at cogitatiua existit spūalior imaginatiua: est enī3 illa que imediate deseruit intellectui. His dicens Auer. adicienda sunt que dixi prio de aīa. 11. in prio arbitrat doctor subtilis in sensu exteriori ꝛ iterior recipi tantū silitudies accidentiū reprītatiuas a fantasmatib⁹ aūt causari in intellectu tm̄ spēs accidētis: ver3 q: accidēs ē effect⁹ substātie per talem spēm poterat intellectus habere aliquā noticiā substātie s3 imperfecta3: sba. n. terminat dependentia3 accidētis: cū ergo illa spēs reprītet accidens dependēs a sba: p p̄ns determinat illa spēs ad reprītandu3 terminū dependentie: voluit itaq3 Scot⁹ q accidēs existeret primū cognitū: ꝛ q substātia non cognosceretur per propriam speciem ꝛ distincte ꝛ quidditatiue pro statu isto: in tertia distinctione primi habuit Scotus hoc fundamentu3: species intelligibiles causantur in intellectu a fantasmatibus que sunt similitudines tantu3 accidentiū ergo non valēt causare speciem substantie: hec opinio licet in se tueri possit: non tamen satisfacit cōmentatori. 2. methaphysice primo: si impossibile inquit eēt intellectum nostrum intelligere substātias abstractas: ociose egisset natura: quia fecisset id quod est in se naturaliter intellectum non intellectum ab aliquo. 2. physicorū 47. nihil est incognitum homini. 3. de anima. 36. homo est felicitabilis pro statu isto: ergo cognoscit nunc dei. Putant Thomiste q in sensibus recipiantur similitudines accidentium tantū: veru3 a fantasmate accidentis virtute substantie a qua causatum est: ꝛ virtute intellectus agentis potest in intellectu produci species substantie: veluti calor naturalis virtute anime producit carnem: intelligetur itaq3 prius substantia q̄ accidens ꝛ per propriam speciem: hec opinio non satisfacit Auerroi presenti lectione volēti virtutē cogitatiuam hēre potestatem cogitandi intentiones indiuiduales omniū decem predicamentorum: vnde forma nūquā acquirit ab intellectu agēte esse intellectum quin prius ab agente sensationes acquisiuerit esse cogitatum: cogitatiua enim ꝛ intellectus in essendo ꝛ in operando se cōcomitātur. Existimat ergo Auerrois formas substantiales ꝛ accidētales a sensu ꝛ intellectu percipi posse s3 aliud ꝛ aliud eē: at species substantie in sensu exteriori nō existit sensatio: sed in cogitatiua tantum.

Auerrois. 64. primo dicit: non intendit q vnūquodq3 istoru3 quinq3 ē cōmune vnicuiq3 sensuum: vt intellexit Themistius ꝛ ſm q apparet: sed tria eor. s. motus ꝛ quies ꝛ numerus sunt cōia omnib⁹: figura aūt ꝛ quantitas sunt cōmunia tactui ꝛ visui tantū. Sensus ē: sensibilia cōia cōueniunt in hoc: q vnūquodq3 eoru3 est sensibile a plurib⁹ sensib⁹ distincte. Differūt aūt q: tria eorū ab oībus distincte: duo a duob⁹ tm̄ sensibus percipiunt ꝛ ita intellexit Themistius q. s. nō itēdat vnūquodq3 istor eē cōe vnicuiq3 sensuū: vnde cognoscit odoratus cōfuse odo: abile eē quantū ꝛ figuratum. Similiter ꝛ auditus rem sonorā eē magnam vel paruā. Et si quispiā dicat: quātitas est sensibilis tactu ergo celū est tangibile. Dico q maior est colligantia tact⁹ ꝛ visus q̄ obiector ū: quare si d3 sensibile cōe imutare requirit pprīū. ¶ Rursus ait: ista. n. sunt cōprehēsibilia sensuū ſm q sunt sensus nō ſm q sunt aliqui sensus. Sensus ē: limitat sensus per subiectū: ꝛ per modū imutandi: percipi ab aliquibus sensibus facit sensibile per accidens pticularizando sensum ex pte subiecti: nō aūt pticularizando ex mō imutādi. Substātia. n. pticularis pcipit per accidēs: q: a sensu homini tm̄: figura ꝛ quātitas a visu ꝛ tactu oīum animalium percipiunt.

Auerrois

Auerrois. 65. primo dicit: albũ.n. quod est sortes non sentit nisi accidentaliter.i. iudicare.n. ꝙ istud albũ est sortes est sentire accidentaliter: ex hoc dicto infero iudicare per sensum nihil aliud esse ꝙ̃ sentire: nõ ꝙ sensus iudicet de tali ꝓpositione: q꞉ hoc spectat ad intellectum. 3. ð aïa 21. ⁊ cã quare sortes sentiat ꝑ accidens est q꞉ in eo reperitur id quod est per se tale quod accidit esse in eo vt tale: patet. 5. physicorũ primo: ⁊ dicebã ĩno superiori prohemio primi physicorũ: nihil sentit per se nisi forma: subiectũ aũt forme non nisi per accidens dignoscitur. ¶ Preterea digreditur Auerrois: vt ðclaretur sensibilia cõmunia esse sensibilia per se: nõ obstante ꝙ accidant sensibili proprio: non aũt substantia potest appellari sensibilis: quia accidit sensibili ꝓprio: accidit nãqꝫ substantia albedini ſm ꝙ est per se sensibilis: non tamen absolute: ⁊ est modus loquẽdi Aristotelis in predicamẽto relatiõis: quando dicit: circunscribãtur a domino ea que accidunt domino: veluti esse hominem: series autem verborum Auerrois talis est: sed potest aliquis dicere ꝙ similiter accidit ei.i. sensibili proprio figura: ⁊ numerus ⁊ mot⁹ ⁊ quies: quomodo igitur fuerunt numerata ista ĩ eis que sunt sensibilia essentialiter: quoniã si fuerunt numerata: quia sunt cõmunia pluribus scilꝫ sensibus: Similiter etiam intentiones indiuiduorũ sunt cões omnibus sensibus hominis: tamen ille intentões nõ propria existũt neqꝫ cõmunia sensibilia: ⁊ possumus dicere in hoc duos sermones: quorũ vnus est ꝙ ista cõmutatio.i. sensus imutatio magis videtur necessaria in esse priorum sensibiliũ.i. in sensibilib⁹ cõmunibus respectu propriorum ꝙ̃ in sensibilibus per accidens: color enim non denudatur a quantitate ⁊ non est necesse vt sit in sorte aut Platone: neqꝫ necessitate propinqua: neqꝫ remota idest absoluta ⁊ conditionata: vel sensus est: necessitas ĩmediata ⁊ mediata ẽ in sensibilibus cõmunibus respectu ꝓpriorũ sensibilium: ⁊ etiam inqt Auerrois: sensibilia cõmunia sunt propria sensui cõmuni: ⁊ non capitur sensus cõmunis pro potentia que habet imutari a sensibus exterioribus: quemadmodum ista sunt propria vnicuiqꝫ sensuum: ⁊ comprehensio intentionis indiuidualis: idest substantie particularis: licet sit actio sensus cõmunis.i. virtutis cogitatiue que in omnibus hominibus reperitur: tamen videtur ꝙ ista actio sit sensus cõmunis non ſm ꝙ est sensus communis ad diuersa subiecta: sed ſm ꝙ est sensus alicuius animalis itelligentis videlicet: vnde ꝙ sensus hoĩs percipiat substantiam inciatiue hoc non est ratione exterioris sed merito id est virtutis cogitatiue: iste igitur est etiam alius modus de numero modorũ ſm accidens. s. ꝙ accidit sensib⁹ cõprehendere differentias indiuiduorũ ſm ꝙ sunt indiuidua: nõ ſm ꝙ sunt sensus simplices sed ſm ꝙ humani ⁊ ꝑcipue dĩe substantiales: videtur enim ꝙ cõprehẽsio intẽtõis indiuidui ẽ sensuũ ⁊ cõprehẽsio intẽtõis vl̃is est intellectus: ⁊ vniuersalitas ⁊ indiuidualitas cõprehẽdunt per intellectũ s. diffinitio vl̃is ⁊ indiuidui. Sensus itaqꝫ resolutissimus horũ verborũ talis est: cõprehẽdere substãtiam particularẽ est actio sensus cõis non illi⁹ quibꝫ ĩmutari a sensibus exterioribus sed cogitatiue que est in omnibus hominib⁹: ideo percipi ab aliquib⁹ sensib⁹ i. vt puta a sensibus humanis facit sensibile per accñs ⁊ hoc est ꝙ dicebam. 64. ꝑcipi ab aliquibus sensib⁹ ꝑticularizando sensum ex parte subiecti infert illud esse sensibile per accidens: ⁊ nõ ſm ꝙ particularizat sensus ex modo imutandi: ⁊ cõcludit Auerrois vniuersalitatem ⁊ indiuidualitatem percipi ab itellectu: tamen comprehensionem indiuidui esse sensuũ: intentionis vero vniuersalis ipsius intellectus. ¶ Quare est diligentissime obseruandum. Sensibile cõmune id est ꝙ ſm suam naturã est coniunctum sensibilibus proprijs necessitate ꝓpinqua aut remota: imutantiũ sensus vt sensus: ⁊ sunt ista quinqꝫ sensibilia cõmunia fundamenta propriorum sensibiliũ: color in magnitudie subiectatur ⁊ figura. Sonus in motu. Odor ⁊ qualitas tangibilis in magnitudine mota vel quiescente: ⁊ quies quatenus est terminus motus localis qui suus est vel locus est sensibile cõmune: vnitas ẽt ad magnitudinem reducitur: ⁊ dato etiã ꝙ quies eẽt priuatio: posset sentiri per se: comparando sensibile ad sensũ: at in relatione ad sensibile sepe numero dicitur ꝙ priuatio dignoscitur per accidens. Item numerus vt numerus sensibile est cõmune ergo ratio numeri non dependebit ab intellectu: ⁊ re seiungetur a rebus numeratis: quia aliter non poneret in numerum contra magnitudinem ⁊ substantiam: errat etiã sensus sepe circa magnitudinem ⁊ non circa numerum. ¶ Postremo ait Auerrois: visus non patitur ab intentione sensibili per accidens: quoniam si pateretur ab aliquo indiuiduo ſm ꝙ est illud indiuiduũ non deberet pati ab alio indiuiduo: ⁊ ratio est q꞉ tũc illud indiuiduũ existere ratio sentiendi.

Digressio.

¶ Hac in parte ordinata est plane hec diuisio: qddã est sensibile per se: quoddam ꝑ accidens: ⁊ sensibile per se: aliud est proprium: aliud cõmune existit: tria exigũtur si aliquid debeat esse sensibile per se ⁊ proprium: ⁊ ꝙ non percipiatur alio sensu per se: ⁊ ꝙ circa ipsum non contingat errare sensum illum cuius ẽ sensibile: ⁊ ꝙ substantia organi sensus sit apta nata pati ab illo ⁊ nõ ab alio: ⁊ dato ꝙ sensus iudicio particulari deciperentur nũqꝫ tamen errãt iudicio vniuersali: ⁊ hac declaratione tolluntur contentiones expositorum.

Kursus. Sunt sensata cõmunia instrumenta quibus cõuenientia ⁊ differentia discernitur inter sensata propria: quiete iudicatur conuenientia ⁊ discrimen sensatorum ſm esse: motu vero ſm fieri: magnitudine: figura ⁊ numero differẽtie ⁊ conuenientie varie assignãtur: ⁊ sunt hec sensibilia cõmunia per se sensibilia: quorũ ope necessario egẽt sensibilia propria si debent posse imutare sensus exteriores: ⁊ ad hec quinqꝫ cetera reducuntur: sunt item tam sensibilia cõmunia ꝙ̃ propria ſm aliud ⁊ aliud esse in re: medio ⁊ sensu: ſm que varia esse varia sortiuntur nomina: vnde obseruandum est ꝙ generatio forme intentiõalis in tribus seiungitur a productiõe forme in esse reali in primis oritur forma in esse intẽtionali absqꝫ propria materia: mox ⁊ sine contrarietate: cũ i eodẽ pũcto medij repiri possint albedo ⁊ nigredo in esse spirituali ſm potentissimam intentionẽ: producuntur quoqꝫ forme in tali esse sine impedimẽto ⁊ distractione materie: ⁊ quemadmodum nascitur forma in esse intentionali absqꝫ materia: ita transferens formam de esse reali ad esse spirituale est agens ĩmateriale: ⁊ hec est causa ꝙ dixi ꝑio de anima. 64. forme possunt mouere per se primo spiritualiter ⁊ intentionaliter virtutes cognoscitiuas: actio itaqꝫ

biecto. Secundus modus dicendi per se est quando predicatur propria passio de subiecto adequato ⁊ conuertibili: ⁊ differt a predicatione primi modi in hoc: quia predicatum primi modi est causa intrinseca subiecti: ⁊ subiectū in secundo modo causa est predicati. Iterum predicatum primi modi reperibile est sine subiecto: nec est predicatum scibile ⁊ demonstrabile de subiecto. Tertius modus est modus essendi. Quartus vero est ille in quo predicat actus profluens a causa formali de effectu formali: vt patet enunciando: interemptus interijt propter interemptionem: plorans plorat: calidum calore calefacit.

Sententia. 67. Color omnis motiuus est eius quod est perspicuū actu: ⁊ id est ipsius natura: quapropter non est visibile absq̃ luce: sed omnis vniuscuiusq̃ color in lumine sane videtur. ℭ Auerrois dicit: ⁊ substantia coloris ⁊ eius essentia ſm ꝙ est visibilis est illud quod mouet dyaphanum in actu: hic tamen consideratur color respectu visus: in de sensu ⁊ sensato vt sequens mixtionem. Ait secundo: per lucem dyaphanum in potentia fieri dyaphanum in actu: est dyaphanum in potentia aer tenebrosus: dyaphanum actu est corpus transparens actu illuminatū: vnde lux ſm esse reale denominat corpus luciduȝ ⁊ luminosum: at in esse spirituali denominat medium illuminatum.

Digressio Auerrois

Et si digressio tendit ad hoc vt declaretur lumē requiri ad visionē causandam non pp colores sed propter medium tantum. Tum quia: color non mouet nisi dyaphanum in actu: ergo non ſm ꝙ caret luce. Tum quia: hec propositio: color est visibilis est in secundo modo. Tum quia: comparatiō coloris ad visibile esset accidentalis: facit ergo lux colores mouentes non visibiles: series autem verborum Auerrois talis existit. In primis Auempace putauit non esse necesse vt dyaphanuȝ quatenus mouetur a colore esse dyaphanum actu: color enim mouet dyaphanum de potentia ad actum ⁊ non mouet dyaphanum ſm ꝙ est dyaphanum actu: quia sic est illuminatum: ⁊ illuminatio est aliquis color: recipiens autem non recipit aliquid nisi in modo ſm quem caret illo: ergo lux erit necessaria ad faciendū colores ī potētia colores in actu: ꝯstituit aūt lux colores in actu vt moueāt dyaphanū ſm ꝙ dyaphanū caret luce aut colore. ℭ Amplius ait Auerrois: ista expositio est valde difficilis secunduȝ ꝙ sonant eius verba: quia Aristoteles dicit colorem non mouere nisi dyaphanum in actu: ergo non mouebit color dyaphanum ſm ꝙ caret luce. Item: Alexander dat rationem ꝙ dyaphanum in actu mouetur a colore ex hoc ꝙ apparet: aer sepenumero coloratus redditur: veluti parietes ⁊ terra quandoq̃ colorantur per colorem plantarum apud transitum nubium super eas: similiter hoc planum est de radio per vitrum transeunte: si igitur aer non coloraretur per coloreȝ plantarum non colorarentur parietes ⁊ terra: quia non fit actio in distans nisi per medium. Et si quis querat: pp qd est ꝙ hō transiens p nebulā habensq̃ eā imediate supra oculum cōspicit ipsam nebulam in parte distante ⁊ nō propinqua: ⁊ ſm ꝙ homo per nebulam incedit conspicitur semper nebula equaliter distare. Solutio est: ab oculo existente in nebula diffunduntur species que fortissime existunt vsq̃ ad certam distantiam rectum incessum seruantes absq̃ aliqua reuerberatione earum ad oculum: at in distantia notabili ⁊ magna ob resistentiam nebule prohibētis transitus earum: fit reuerberatio specierum presentantium obiectum siue nebulaȝ a qua reflectūtur: ⁊ hec est tota causa quare oculus non intuetur eam nebulam de prope: quia illa dum est propinqua radios visuales non potest reflectere. Amplius inquit ⁊ manifestum est ꝙ color licet fiat a corpore lucido: tamen differt ab eo diffinitione ⁊ essentia: color ē vltimum: quia in extremo videtur: dyaphani terminati. i. commixti cum opaco terrestri: lux autem est cōplementum dyaphani non terminati idest nō commixti cum opaco terrestri: quare si debeat aliqd moueri a colore: id non coloratum oportet esse: siue lucidum existat: siue non: ⁊ ista propositio: omne recipiens debet esse denudatum a natura recepti significat ꝙ nihil recipit seipsum: nec est causa alicui in recipiendo seipsum: neq̃ est verum ꝙ omne recipiēs tanto sit magis receptiuum quanto sit magis denudatum: propter aquam frigidam ⁊ tepidam respectu caliditatis. Preterea iterum repetens questioneȝ dicit: cum fuerit possibile ꝙ dyaphanuȝ in actu moueatur a colore: necesse est vt hoc sit ei: aut essentialiter aut accidentaliter. s. aut ſm ꝙ est dyaphanum ī actu: aut ſm ꝙ est dyaphanum tantuȝ: sed contingit ei vt non moueatur a coloribus essendo dyaphanum in actu: hoc enim est ſm ꝙ est dyaphanum: ⁊ ista ē opinio Auempace. Sēsus est: dyaphanum vt dyaphanum aput Auempace a coloribus mouebatur: ⁊ nō quatenus erat dyaphanum actu. Ulterius cōcludit Commentator hanc esse in secundo modo: color est visibilis: iccirco lucem non requiri ad visionem causandam ex parte colorum sed ex parte medij tantuȝ: vnde lux facit colores motiuos in actu: ⁊ non constituit colores actu visibiles ex potentia visibilibus: ⁊ quia intellectus agens facit potentia intellecta actu intellecta: ⁊ requiritur propter obiectū non propter medium: lux autem exigitur ex parte medij ⁊ nō obiecti: ideo dixit Auerrois: de exemplo non intēditur nisi manifestatio: nō verificatio: ⁊ hoc est ꝙ dicit Auerrois: lux est illud qđ facit eos motiuos in actu: vnde assimilat lucem intelligentie agenti: ⁊ colores nubibus idest fantasmatibus. Contra. 3. de anima. 5. dicitur: quēadmodum lux est perfectio dyaphani: sic intellectus agens est perfectio intellectus materialis: ⁊ quemadmodum dyaphanum non mouetur a colore nisi quādo lucet: ita iste intellectus non recipit intellecta que sunt hic nisi ſm ꝙ perficitur per illum intellectum ⁊ illuminatur per ipsum: ⁊ quemadmodum lux facit colores in potentia esse in actu: ita ꝙ possunt mouere dyaphanum: ita intellectus agens facit intentiones in potentia intellectas in actu: ita ꝙ recipit eas intellectus materialis: ergo instituta est lux propter colores ⁊ non tantum propter medium. Solutio est: vel exempli non intenditur verificatio: vel colores prius erant mouentes in potentia nunc in actu: iste sunt solutiones communes. Dico autem ego intentionē Auerrois fuisse loco allegato pbare p exemplū de ꝯparatiōe lucis ad coloreȝ ⁊ dyaphanuȝ ꝙ intellectus noster pōt esse in actu respectu cognitionis quam hȝ de intellectu agente ⁊

recipere cognitionẽ aliorũ;non enim solum lux illu minat colorem:sed etiam antequam dyaphanũ recipiat speciem coloris oportet ipsum dyaphanum per lucem informari: et ita i actu lucidũ potest recipere colorem spirituale: eodem modo proportionabiliter: non solum intellectus agens illuminat fantasmata: sed etiam intellectũ possibilem: et per hoc intellectus noster est in actu per agentem non impeditur quin percipiat materialia: imo magis per hoc promouetur: et quando intellectus intelligit et perficitur per agentem dicitur homo felix: quare sicut intellectus agens dicitur poni ex parte intellectus possibilis ad hunc sensum: quia agendo in obiectum nascitur operatio intellectus possibilis ac si ageret in ipsum ita lux agendo in mediũ oritur sensatio visiua et est ac si ageret in colorem. Que igitur habentur in presenti cõmento hec sunt: aer vt est illuminatus suscipit colorem: lumen non dat formam coloribus. Exẽplum de intellectu agente considerandum est quo nam pacto sit simile. Presentia lucis est tm̃ necessaria ex parte dyaphani non coloris.

Sententia. 68. perspicuum id est quod nõ per se sed per alienum colorem visibile existit: atque res talis est aer et aqua: et solidorum complura: non etenim aer vel aqua vt est aqua vel aer perspicuum est: sed quia natura eadem inest in his vtrisque et in perpetuo superius corpore. Unde primo aduertendum est: hec propositio eadem est natura cõmunis celo et aeri non infert dari vniuersale reale sed significat vtrũque illorum esse dyaphanũ imo saluatur generatio vniuoca absque natura cõmuni: et hoc quia generans et genitum sunt eiusdem speciei vel generis propinqui propter mulum. Rursus dicitur aer visibilis per colorem extraneum: vel per lumen quod improprie dicitur color: vel quia recipit lumen secundum esse extraneum: quia lumẽ habet esse naturale in corpore luminoso: vel quia recipit colores sm̃ esse spirituale: intra enim se aer contrarios imbibit colores et eos ad oculum simul defert. Amplius cristallus et lapides quidam preciosi quatenus sunt corpora mixta mixtione et quia resultat certus color existunt per se visibilia: et non vt dyaphana sunt: et appellantur dyaphana sm̃ qd.

Sententia. 69. et 70. stat in hoc: lumen est actus dyaphani sm̃ quod dyaphanum est et et non est ignis: nec corpus: nec defluxus corporis: cum enim nullus habitus vel perfectio alicuius sit corpus: et lumen sit huiusmodi: nõ erit lumẽ corpus: et non successiue sed in instanti multiplicabitur.

Auerrois. 69. dicit: ista autem natura celestis semper est illuminata: Sensus est: quia celum est informatum intelligentia luce intellectuali quam cõsequitur lux forma accidentalis: ideo non quam inuenitur celum dyaphanum in potentia: intelligentia tamen lune valde imperfecta est respectu superiorum: iccirco celum lune remissam admodũ habet lucem a principio intrinseco: intellectum autem nostrum quia est pure potentialis. ipsum non consequi lux: sed splendidus color.

Rursus habere gradus sm̃ magis et minus: et terminare alterationẽ realẽ nõ cõuertunt: quia lumen gradus habet in medio intentionali per receptũ: et illa alteratio existit spiritualis nõ realis: subita: nõ successiua: lumen ergo dũ intendit aut remittit terminat alterationem spiritualẽ perfectiuã aut imperfectiuã: et si quis querat: vtrum lumen sit actus fluxibilis: dico quod actus i ntentionalis nõ ẽ fluxibilis cũ statim totus inducatur: actus realis est fluxibilis: vnde actus realis intenditur aliquãdo aut remittit saluata equali approximatione agentis passo: et eadẽ mediũ dispositione et circũstantiam: lumen autem si intendi aut remitti debeat opus est quod ista varientur: at si quispiam ambigat: lumen est in medio intentionaliter ergo realium operationum non est principium: quia entis realis principium actiuum est reale. Dico multas formas in esse intentionali causare: vt patet de formis artificialib' vere non semper cã sit oius operationum in esse intentionali qualiũ sunt cause i esse reali: vt palam ẽ de sanitate in mente medici.

Digressio.

Circa Textum Cõmenti septuagesimi dubitatur: nunquid lux gignat lumen tanquam spẽm sui: ita quod lux transferatur ab esse reali ad esse spirituale: et tale esse spirituale vocetur lumen: videtur quod non: lumen gignit substantiam: calorem et corrumpit visum: ergo non est species. Item mouetur localiter: refrangitur figuratur egreditur: et intersecatur: ergo est corpus. Rursus lumen denominat medium: excludit oppositum: scilicet tenebram: species coloris nec denominat: et simul inueniuntur species albi et nigri i medio ergo. In oppositum lux est d se sensibilis ergo habet aliquam speciem sensibilem nõ aliam a lumie: ergo. Pro expeditione huius questi dico primo: lux non est substantia: tum quia est per se sensibilis: tũ quia in aliquo est accidens ergo in nullo est substantia. s. physicorũ. 10. Dico secundo: lumen est species sensibilis lucis: s. n. non esset intentio: positũ supra sensum prohiberet sensationem: quia qd est tantum sensibile et non ratio sentiendi positum supra sensum tollit sensationem: lumen suprapositum oculo non impedit visionem: ergo. Dico tertio: lumen multiplicari sm̃ rectum radium seu perpendicularem et fractum atque reflexum: et vmbra priuatio luminis primarij: tenebra priuatio vtriusque primarij. s. et secũdarij. Dico quinto quod lumen est quo lux videtur: et est qd videtur: quando lumen reflectitur ad virides plantas colorantur parietes: et species sunt visibiles quando opacis contiguantur: patet de radio transeunte per vitrum coloratum apparet color in pariete vbi terminatur ille radius et videtur coloratus: similiter sicut vitrum. Dico sexto lumen esse qualitatem de prima specie: cum sit habitus: et quatenus infert passionem sensui potest vocari passio vl' passibilis qualitas. Solutio rationum talis est: potest lumen producere effectus reales. Item passiones corporis methaphorice lumini conceduntur: potest lumen denominare medium illuminatum: colores tantum denominant sm̃ esse reale: et si esset nomen impositũ colori sm̃ esse intentionale: ab illo aer denominaretur: vnum etiam lumen non excludit lumen alterius rationis: sed bene tenebram: et species coloris excludit priuationem illius coloris in medio.

Sentẽtia. 71. quia potuisset quis dicere dyaphanum in actu non posse recipere colorem: ideo ostendit Aristoteles dyaphanum illuminatum non impediri in recipiendo colores extraneos. Dicit Auerrois: natura autem celestis nũquam recipit obscuritatem nisi hoc quod existimatur de luna

luna in ecclipsi ⁊ apud diuersitatẽ situuz eius a sole: si cõcesserimus ꝙ natura lune sit ex naturis dyaphanis non ex naturis luminosis: ⁊ forte luna est composita ex istis duabus naturis. Sensus est i reciperet luna obscuritatẽ si esset dyaphana: sed est composita ex duabus naturis: vt luminosa est: apparet quasi nigra tempore ecclipsis: vt dyaphana lumen habet a sole: quia ipsa conspicitur arcualis figure: quod non est ex se: cum ipsa sit sperica: ecclipsatur autem luna non propter mutationez in substantia: neqȝ in qualitate fixa: sed propter motuz localem: quia subintrat luna vmbram terre: potest autez solo motu locali perdi qualitas habens esse velocis transmutationis: vt est lumen in luna: esse eniz lucis solaris in luna est esse intẽtionale veluti esse lucis in aere intẽtionale existit. Quare sicut Deus transfert formas materiales substantiales ⁊ accidentales ab esse reali ad esse spirituale in medio: sensibus ⁊ intellectu: ita deducit Deus lucẽ ab esse reali ad eẽ spirituale.

Circa. 72. noctiluca videtur in obscuro vt lucida: nõ vt colorata: requirit eniz color medium esse intense illuminatum: si percipi debeat: nõ apparet autem lucida de die: adueniente lumine solis maiori: motus namqȝ maiores solent impedire minores: permanet etiam color per se visibilis: licet exigat lumen tamꝙȝ causam sine qua non: ⁊ ex parte medij: vnde partes ignis conculcate ⁊ inspissate vel circa exteriorez superficiem vel circa locũ digestionis causa existunt: cur multa aialia luceant.

Circa. 73. Sensibile positum supra sensum tollit sensationẽ: nascitur autez in videndo maxima diuersitas propter situm oculi: humidũ: pellem: puritatem ⁊ dyaphaneitatem: voluit Aristoteles. 31. particula problematuz visus dextrum ⁊ sinistrum equales esse in vigore: cum tamen in ceteris omnibus dextra' sinistris cõmodiora habeamus: nõ est. n. differẽtia partis dextre ad sinistraz in potẽtijs sensitiuis quãta est in operatiuis.

Sententia. 74. ⁊. 75. Color in visione est mouens non motus: aer mouens ⁊ motus: visus est motus non mouens. Spẽs enim visibiles sunt in medio: veluti in defferente: ⁊ indigent sensus omnes medio vel intrinseco vel extrinseco: ne fiat transitus ab opposito ad oppositum sine medio: tactus ⁊ gustus indigent medio extrinseco per accidens: intrinseco per se: alij tres sensus egent medio extrinseco per se.

Circa. 76. aer ⁊ aqua vt cõmunicant in humido cuius officiũ est bene recipere ⁊ adaliquid defluere: ⁊ quaten⁹ nõ simpliciter leuia ⁊ grauia sunt verissimum existunt mediuz in sensu visus: inquãtum tamen mediuz debet esse raruz ⁊ peruium sic ignis ⁊ celum sunt verius medium: cõmunicant autez aer ⁊ aqua cum celo ex parte transparentie ⁊ luminis receptibilia in illis: neqȝ media discõtinua tollunt ꝙ visio nõ fiat subito ⁊ in nõ tẽpore. ¶ Rursus color ⁊ lux habent esse naturale in corporib⁹ colorato ⁊ lucido: in medio ⁊ visu aduentitium: ⁊ si debet color imutare visuz opus est vt tendat in oculũ: ideo nõ videmus que sunt post nos nisi fiat reflexio super speculum ante oculos nostros: hec sunt que Aristoteles de visibilib⁹: dyaphano ⁊ lumine ⁊ medio plano disseruit.

Digressio.

Naturalis philosophus de visu abundanter pertractans: has tenetur approbare propositiones. Prima est. Visus est primus sensus in apphendendo. Secũda est: aliquod cõe luci ⁊ colori ẽ adequatũ obiectũ virtutis visiue. Tertia est: lumen exigitur propter medium nõ propter colores. Quarta ẽ: organuz visus ẽ de nã aque. Quinta ẽ: aer ⁊ aqua ⁊ cetera corpora transparentia medium sunt idoneum pro visione causanda ⁊ cõseruanda. Sexta ẽ: spẽs visibiles sunt ipsimet colores sm esse quod habent in medio ⁊ sensu. Septima ẽ. lumen intenditur ⁊ remittit producitur qȝ in instãti sm latitudinem vniformiter difformẽ: quare concludendum est nullam formam intentionalez educi de potentia materie: cuz forma intentionalis fiat subito ⁊ in instanti in subiecto: ⁊ ita lumen non educitur de potentia materie: quia aliter materia lune eẽt transmutabilis ad formaz: ⁊ cum celũ non altereiur alteratione reali: non potest dici lumen esse ens reale aliquo modo: ⁊ illuminatio non ẽ motus verus: ⁊ medium licet resistat mobili qđ mouetur in eo motu locali non tamen resistit luminoso in diffusione luminis: concludo ergo esse spiritualia nullo pacto vocari posse entia realia formaliter: aliter sensatio ⁊ intellectio re differrẽt a sensato ⁊ intellecto: quãdocunqȝ n. aliqua sunt non se habentia sm superius ⁊ inferi⁹ quorum quodlibet est ens reale formaliter: illa realiter distinguũtur. Et cũ eternum in esse intentionali ⁊ producibile sint compossibilia tenendum ẽ: lumen in parte orbis soli propinqua ⁊ lumen in aere a sole productum eiusdẽ esse rationis: non obstante ꝙ illđ sit eternum: ⁊ hoc nouum luci tamen ⁊ lumen nihil est commune vniuocuz. Insuper studiosis mẽtibus adijcendum ẽ: peculiare est formis terminare mutationes: forma intẽtionalis quãtũ ad suã inceptionẽ terminat subitaz mutationẽ: intenditur vero successiue per partem post partem in infinitũ: vnde quia inter lucem ⁊ tenebram nihil penitus mediat: iđ mutatio a tenebra in lucem est momentanea: lumen autem remissum intenditur successiue: quia iter remissum ⁊ intensum mediat mediocre lumen remissuz ⁊ intensum: subite mutationis sola priuatio est terminus a quo primus: designata nomine priuatiuo: illius vero mutationis qua lumen remissuz intenditur sola priuatio est terminus a quo primus: designata tamen nomine affirmatiuo: ⁊ sunt lumen intensum ⁊ remissum contraria contrarietate ad mutationez successiuam opportuna. Forma terminans alterationẽ realem quantum ad suam inchoationẽ terminat subitam mutationẽ: intenditur vero successiue per partẽ post partem in infinitum: vnde mutationis subite q̃ caliditas incipit esse in materia stãte sub forma aque terminus a quo est frigiditas que remouetur: ⁊ priuatio caliditatis: mutationis vero successiue qua calidum remissum intenditur: terminus a quo est frigiditas calido remisso copulata: ⁊ priuatio caloris intẽsi: ⁊ ita vtriusqȝ mutationis subite. s. ⁊ successiue terminus a quo est positiuus ⁊ priuatiuus: at subite terminus a quo primus est priuatio: successiue vero terminus a quo primus est positiuus: ⁊ hec est causa ꝙ sepe soleo dicere: vnaquequis forma icipit esse generatione: forma substantialis generatione simpliciter accidentalis generatione sm quid: ⁊ vtriusqȝ generationis terminus a quo primus est priuatiuus: quã obrem inducebatur differentia. 5. phy. 12. inter mo

rum cuius vterqꝫ terminus primus necessario ē positiuus & generationez cuius alter terminus est priuatiuus: alter positiuus: si siquispiam ambigat: contra: ergo quando caliditas incipiet esse: incipiet esse generatione ſm quid: ergo nunq̃ erit alteratio simpliciter a frigido in calidum: contra cōmentatorem 5. physicorum. 19. concedentem alterationez simpliciter a contrario simpliciter in contrarium: & alterationem quodāmodo a remisse calido ad intense calidū. Solutio est: hee mutatōes ordinē hn̄t adinuicē: trāsmutatio q̄ abycit ab aq̄ nālr disposita vnus gradus friditatis: mutatio qua īducit minia caliditas: & intensio caloris: alteratio qua auffertur ille prim⁹ gradus frigiditatis incipit a frigiditate & desinit in non esse illius gradus intrinsece: & extrinsece terminatur ad caliditatē inductam: & hec est verissima alteratio a contrario simpliciter in contrarium simpliciter: non obstante q̄ hec alteratio sit mutatio priuatiua ratione termini ad quem intrinsece terminātis: mutatio autez qua inducitur minima caliditas est generatio ſm quid: cuius terminus a quo primus est priuatio caliditatis: & non frigiditas: cum illa sit terminus primus alterationis destructiue: intensio deinde caloris est verus motus & alteratio in comparatione ad generationem ſm quid: est autem alteratio quodāmodo in respectu ad alterationem precedentem generationem ſm quid: hec sunt que a nāli comprobātur p̄ bo.

Perspectiui de linea visuali loquentes tenentur affirmare has propositiones. Prima est: inueniuntur species ab obiecto in oculum per medium multiplicate: & hec est cā q̄ speculo mihi exposito conspiciunt̄ que retro sunt & cum a maiori quantitate plures species diffundātur q̄z a minori: iccirco difficilius est inspicere obiectum sub minori quantitate q̄z sub maiori in eadem distantia. Secūda est: visio nō formatur in cruciatione neruorum obticorum: nisi quantum ad iudicium de vnitate aut pluralitate obiecti visibilis: sed in humore glatiali existit visio & queādmoduz duo sunt instrumenta audiendi non tamen quilibet sonus iudicatur duo: ita licet sint duo oculi: vnum tamen obiectum non creditur esse duo obiecta: & quāuis ob neruorum cruciationem vnum obiectum non iudicetur duo: duo tamen obiecta iudicantur duo: ob species representantes distinctas. Tertia est: conspiciens lapidem cōspicit & solem: quia siquis intueatur lapidē per speciem eius: cum lumen sit species solis lucentis diffussum per medium ad oculum: representabit oculo corpus solare propter tamen debilitatem impressionis facte in oculo per radios reflexos non formatur iudicium de sole. Quarta est: visio potest causari obiecto non conseruante: & conseruari obiecto non existente: propter humorē glatialem in quo celebratur visio potentem diu retinere speciem in obsentia sensibiliū: hee tn̄ ꝯclusio ab Ari. nō ꝯcederet vn̄ sensatio exterior tm̄ sit presente sensibili: & lʒ alicui appareat intueri aliqd stat tn̄ ipsum nihil percipere ſm veritatem: & species in humore glatiali diu non conseruatur potens & sufficiens representare. Quinta est: omne luminosuz spericū expositū medio equaliter disposito opationē suaz p̄ducit speralez: & speraliter: & in quouis puncto medij terminat̄ piramis p̄ducta a luminoso siue sp̄ico: siue nō: in sp̄ha nāq̄ luminis infinite existunt piramides: q̄r vbi infiniti oculi possent situari īfra spaꝫ lumīs: isti oculi viderēt istud luminosum: & quilibet mediante piramide radiosa distincta a piramide alterius oculi: & ita luminosum gignit piramidem speraliter non piramidaliter: producens enim speram luminis p̄ducit quālibet eius partē: & cum in sperha existant infinite ptes quarū quelibet est piramis: inuenient̄ piramides infinite producte: licet nulla eaꝝ sit producta piramidaliter: verum de his pro opportunitate loci & tēporis sat sit dixisse.

¶ Tex. Cōmen. 77. vsqꝫ ad. 92.

In hoc autem. Presenti parte tractat Aristoteles de auditu: obiecto: & medio eiusdē: &. 77. introducit distinctionem de sono: est. n. alius actu: alius potentia: vnde sonus est obiectum auditus qui post visum ceteris ē prestātior: sonus qui ē actus ē sonus actualiter actuans medium & auditum: sonus potentia ē cā productiua soni: corpora dura habent quidem sonum potentia: aer & auditus sonum actu realē & ītēnonalez.

Circa. 78. quia sonus habebat simul suum esse & suum fieri: ideo de generatione soni nō aliorum sensibilium hic agitur. Sonus aūt eget tribus: si sint corpora plana: multū de aere expellit̄: si concaua multū de aere recluditur: multis alys modis generatur sonus: vbi nō apparent hec tria re distincta: patet de sono venti & corrigie. Rursus ē diligenter aduertendum q̄ sonus ē qualitas sensibilis prouenienes ex fractione motus aeris: & existens cuz illo: & est qualitas p̄manens pendens tamē a motu successiuo quo ad suum esse & cōseruari: multa enim sunt entia permanentia que dependent a re successiua: vt planum est de veritate huius p̄positionis: sortes ambulat. Amplius generatio soni est naturalis: cum sit sonus principiū actiuuz & motiuum naturale auditus: forma. n. non habet ab agente q̄ sit naturalis vel violenta: quia ignis violenter producitur: tn̄ est res naturalis: sed est forma naturalis: si naturaliter educatur de potentia materie: & cū sonus habeat esse cum motu violento: remittitur in fine: p̄manet tamen res naturalis. Iteruz sonus realis successiue multiplicatur: cū pendeat a motu in fieri & conseruari: vnde dicit Cōmentator sonū multiplicari orbicu lariter: queādmodū ergo circulationes aque fiūt successiue: ita circulationes aeris in productione soni: sonus intentionalis ex se subito est multiplicabilis: stat tamen per accidens ip̄m successiue multiplicari sonus tamen intētionalis non ē in eodē subiecto cū sono reali: prima circulatio realis producit secūdam realem & similitudinē sui: & sic deinceps.

Sententia. 79. Auditur quidez sonus & in aere & in aqua: at vero nec aer ē auctor soni: nec aqua: sed opus est vt inter se se solidorum corporum atqꝫ ad aerem ictus fiat: qd̄ qdez tn̄ fit cum aer percussus permanet: neqꝫ diffunditur quapropter si cito vehementerqꝫ percutiatur: sonat: opus est. n. vt p̄cutientis motus diffusionez p̄ueniat aeris: perinde atqꝫ si cumulū aut cerū arene cū fertur velociter quispiaz verberet. ¶ Dicit Auer. aqua minus reddit vocem fortiter q̄z aer: quia est densior aere: ideo iuxta. 4. phy si. 71. motus debet esse in ea tardior: vnde sonus est in aere vt in materia: non tamen agit in auditū actione materie sed actiōe medij

actione materie sed actione medij: actione materie scindit lignum: actione medij agit in sensum: & licet sonus nō causetur nisi in aere: tn species soni potest per aquaz multiplicari: neqz illis est cōsentiendum qui sonuz spiritualiter nullatenus crediderunt multiplicari in medio: quia natura nō procedit de opposito ad oppositū sine medio: & vt omnis e medio tollatur contentio: aqua est mediuz motus tm̄: & cōfundit & prohibet sonos: aer est subiectuz & mediuz & sonos souens atqz conseruans. Amplius inquit cōtingit vt aer videat quasi fixus & nō diuisus: per fixionem aeris intelligit vnionē eius & adherentiam ad percutiens vel percussuz: & ista est causa magni soni in cauernis: ibi enim aer est magis vnitus & nō cito exit: si filum etiam corrigie aprehenderis: maiorem dat crepituz: vt patet de terrefacientibus equos: nā filum aliquid attrahit secum de aere ex adherentia quam habet mobile ad aerē. Rursus: percussio cum fuerit velox: precedit motuz aeris. i. diuisionez partium itaqz anteqz exeat colliditur: & si percutiēs fuerit latum magnuz causabit sonuz: & etiam quando aliqua duo perpendiculariter cadut faciunt maiorē sonum qz si lateraliter caderent.

Sentētia. 80. sonitus ex reflexione resultās appellatur echo: & semp talis sonus videtur fieri: sz nō semper clarus efficitur: quēadmoduz enim lapis cū in aqua proicit circulos producit qui inuenientes obstaculuz refranguntur: ita in aere circuli producti multiplicantur: quousqz obstaculum reperiant: quo inuento retrocedentes reflectunt: & idem iudiciū de sono & lumine habēdum est: lumen semp refrangit: alioquin nō fieret lumen vbiqz: sed essent extra locū illū tenebre: quo radij solis perueniunt: verum nō ita semper refrangitur: vt vmbram efficiat: qua terminare lumen solemus: qd quidem fit cum ab aqua vel aere: ceterisqz lenibus repercutitur.

Cōmentum. 80. quibusdam dictis declaretur: & primo dicendum est qz reflexio soni non fit in aere primo percusso: sed in forma & figura prime peussionis: reuertitur nāqz sonus in echo fm formaz primi sonantis. ¶ Dico secūdo: echon realez causari ex repercussione soni realis intentōalē vero ex reflexione soni intētōalis: & fz qz reflexio fortis existit aut debilis: ita inuenitur echo potens aut debilis. ¶ Dico tertio: qz reflectēs sonuz qn̄ sonus est in aere libero vbi nō est planū soliduz: est resistens percutiēti: & est quelibz pars pcussa violenter: qz quelibet aliquātulū resistit: licet vincatur a violētia. ¶ Dico quarto: qz auditur frequēter echo in montibus: siluis & locis cauernosis: propter fortissimas reflexiones ibidem cōsurgētes. ¶ Dico vltimo: qz lumen prouenientes a corpore luminoso fm totuz est equale in quolibet puncto vnius circulatōis & perfecte rotūditatis: id vero quod progredit a luminoso fm partez nō est equale: nec rotunduz: qz in tali corpore longissima dyameter ē illa que exit a corpore luminoso ad circunferentiam in parte cui opponuntur. idest reflectūtur radij: & breuissima in parte opposita illi. scilicet ad quam terminabitur linea prior: & est pars que existit superioris vmbre omnibus partibus & paucioris lucis. idest que habent lucem remissiorem.

Sententia. 81. & 82. Mediū aereum est ex aere mediū audiēdi sonum: neqz principatū: licet & aqua strepitū faciat: & ē illud qz pprie sonatiuū qd ē motiuum vnius & continui aeris vsqz ad auditū: vnitas aut & ꝯtinuitas accidentis pendet ab vnitate & ꝯtinuitate subiecti.

Circa. 81. superficies aspera nō ē vna: qz nō est vnius figure simplicis: tamen est vna in forma & continuitate. Itē aduertendum qz sicut idez color realis videtur per diuersas species visibiles: a varijs virtutibus visiuis: ita idez sonus realis per varios sonos intentionales a diuersis percipit: vna tamen intellectione intelligitur lapis ab omnibus hominibus: quoniā intellectus ē vnus numero i cūctis hominibus. 3. de aīa. 5. Et si querat quispiā: nūquid sensatio sit sensatū. Dico sensationē esse idē realiter cum sensato: velut & intellectio idem re existit cum re intellecta: idem nāqz color fm esse reale actuans corpus coloratū: fm esse spirituale informat medium: sensus: & intellectum.

Circa. 82. Auris est organū auditus: per aurez intelligendo congregatuz ex extrinseca parte & profunda cum ossa petroso & miringha: in de sensu & sensato asserit aerem esse instrumentū auditus: merito conuenientie: de auribus tractat Aristoteles. 32. particula problematū: primo de hystorijs 5. de generatione animaliuz: & Auerrois. 3. colliget. Et si dicatur: nerui obtici per quos colores ad visuz defferūtur: vniuntur: ne visibile appareat duo: ergo cum nerui auditiui nō vniantur vnus sonus iudicabitur duo. Dico neruos obticos & auditiuos vniri in origine eorum: sed duplici vnione vniuntur visiui, auditiui tantum vna: & hoc fuit a natura institutum: quia auditui non erat necessaria tanta copia spirituū quāta visui: p multa aūt variaqz media sensibilia oīa ad sensum cōem defferūtur.

Circa. 83. Est aer ellementū proprium visui vt dyaphanum illuminabile: quatenus suscipit motum & sonum auditui deseruit. Amplius aer ꝯplantatus & pellicula cooptus ē mixtus in quo dominatur aer: & est talis aer denudatus ab omni motu facto in aere extrinseco: etiam si pprio peculiariqz motu moueatur: aer qui tangit pelliculā fere ē conaturalis: & nō mixtus. Rursus: cū aqua intrat aerem connālez accidit nobis illud qd accidit quādo matri cerebri accidit occasio: p matrē cerebri intelligo pelliculaz cooperientē cerebrū que nascit a dura matre. Iterū: corrumpit auditus si aer exterior impetuose & fortiter ingrediat: ideo iter auris extitit tortuosuz: anfractuosum: & flexuosuz ob salutē auditus.

Circa. 84. Dubitatur vnde proueniat sonitus ille quē hō percipit digito auri apposito vel quouis alio obstaculo ad intra cōcauitatē auris. Solutio est: p appositionē digiti in aure fumi elleuati p actionem caloris naturalis in membra: & p actionem eiusdem caloris supfluitates expellentis nequeunt exalare: quare reflectūtur & aerem naturalē cōmouēt motu extraneo. Rursus attendendū ē: virtus formatiua in semine dispersa a recta sepe deficit formatōe: tū imbecillitate sui: tū instrumento caloris & spiritus: tū malitia materie generationis: vel multitudine aut humiditate defluentis & peccantis: hinc sumūtur signa morum diuersa fm varias organorū dispositiones: vt Aristoteles tractat in phyhonomia. Magne nāqz aures & arrecte vltra modum & pminentes indices sunt stultitie: garrulitatis & impudētie: at tamē Aristoteles has bone retentionis notam existere: &

sunt qui dicāt eas longā vitaʒ ostendere: parue aūt valde malignitatis sunt indicia: nimiuʒ rotunde: indociles: tacentes vero super caput applicate inertiā ostendunt. Preterea multa aialia habent meat⁹ audiendi: non tamen auriculas: ⁊ sunt que tegunt penna: aut cortice: aut squāma: talpa: delphinus nō habent aures: tamen audiunt: de his Aristoteles tractat. 5. de generatione animaliuʒ vbi situs auriuʒ patefacit in varijs animalibus studiose natura fecisse diuersos. Amplius Aristoteles. xi. particula problematuʒ assignat causam: quare plures existunt surdi a natiuitate q̄ priuati ceteris sensibus: ⁊ nunquid quærit sint plures surdi q̄ muti: sed de his sottissius plura diximus q̄ erat necesse.

Circa. 85. Sonus est motus. i. causatus ⁊ pendens a motu quo ad suum esse ⁊ cōseruari ⁊ est percussio. i. cōsurgens ex pcussione. Ampli⁹: sonus verissime est in aere. deinde in percutiēte: demuʒ in percusso reperitur.

Circa. 86. Quia sonus habet debilissimuʒ esse: iccirco per similitudineʒ ⁊ methaphoraʒ accipiūtur differentie soni: ⁊ precipue a differentijs tangibilibus. quia quēadmoduʒ sensibile tactu non separatum a materia sua venit ad tactum: ita sonus non absq; materia sua que est aer percussus fractiuo motu: tendit ad audituʒ: vnde species soni causantur a modo scindendi aerem: in qua quidem scissione figuratur aer qui materia existit sonum acutum ⁊ hebes: ⁊ sic de alijs. Et si quis dicat: primo topicoꝝ capitulo. 12. appellatur vox alba: ergo differētia vocis sumetur a sensu visus. Solutio est: non dicit vox alba nisi per similitudineʒ: quoniam sicut albus color penetrat visum per actum lucis: ita clara vox p actum fractiui motus bene pertingit ad auditum. Preterea si quis inferat auditum esse incertuʒ: quia differentie soni capiuntur a tactu: veluti odoratus incertus existit: quia odores accipiūtur a saporib⁹. Dico hoc nō esse signuʒ mali auditus: sed debilis eē soni. Amplius: auditus nō videtur esse vnius: cum sit multarū contrarietatuʒ: acuti. s. grauis: debilis ⁊ fortis: lenis ⁊ asperi. Dico q̄ nulla harum cōtrarietatum est obiectum auditus: nisi per hoc q̄ est q̄dam sonus: ⁊ ita auditus est vnius sensibilis qd̄ est sonus.

Circa. 87. ⁊. 88. Vox habet neuma vel nete. i. longum ductum soni ⁊ extensionem: habet ⁊ trach. i. tonum ⁊ cōsonātiam: ⁊ locutionem. i. distinctionem in partibus propter diuersas aeris repercussiones. Amplius animalia causantia vocem possunt attrahere ⁊ remittere aereʒ: aer intromissus debet frangi: requiritur ⁊ pulmo determinate quantitatis ⁊ figure: dicit aūt cōmentator sermonem Galieni in hoc non esse sufficienteʒ volentis. scilicet anhelitum esse a pectore: cuʒ anhelitus fit a pulmone.

Dubitatur nūquid locutio sit homini naturalis: videtur q̄ sic: quia natura vtitur lingua in duo opera nature: gustum ⁊ locutionem: ergo. In oppositum: loqui est hominis ad placitum: primo perhiermenias: ergo. Voluit Egidius q̄ aliquid in vniuersali esset naturale: qd̄ specialiter sumptū esset ad placitū: ⁊ ita naturale est hōi loqui: nō tñ illo vel illo mō. Dico ego q̄ loqui est nāle distinguēdo cōtra violētum: nō tamē est naturale distinguēdo contra animale.

Circa. 89. Fuit trachea arteria cartilaginea: dura: flexibilis: habens anulos integros ⁊ nō integros: ⁊ ad formandā vocem: ⁊ ne esset impedimento cibo solido hora deglutionis: in superiori parte habet epiglotū cooptoriū quoddā datum a natura gratia apertionis aut clausure: ideo precipit vt in conuiuio sileamus: fungitur ⁊ officio accipiendi ⁊ reddendi aerem causa anhelitus ⁊ vocis: ⁊ vbi ysophagus est via ad stomacū: trachea tendit ad pulmonem: primo colliget. Amplius pulmo non est causa quare animal sit calidius: sed quia ē calidius: natura dedit pulmonem: vnde membra nō principalia. primo faciunt operationē pp̄ter aliud: secūdario pp̄ter se: ⁊ ita pulmo prio confert cordis euentationi. Rursus: inspiratio ⁊ expiratio ꝯplentes respirationeʒ ⁊ anhelitum debent pulmoni sm̄ Cōmentatorē hic ⁊ 2. colliget: hoc fundamento: virtus motiua insequit desideratiuā. 3. de aia. 54. ergo si in pulmone ē virt⁹ desideratiua: in eo debet esse virtus motiua: voluit aūt Gal. pulmonē nullum habere motum propriuʒ per se: imo mouetur pulmo per pectus: ⁊ pect⁹ per musculos ⁊ dyafragma: videmus. n. quando pectus dilatatur pulmonem repleri aere: cessante enā motu pectoris cessat motus pulmonis: ⁊ perit ꝯfestiʒ aial at vbiq; dicit Auer. hoc indigere subtili ꝯsideratiōe ⁊ nos satis pro nunc diximus.

Circa. 90. ⁊. 91. Causa materialis vocis est aer percussus ad vocaleʒ arteriam: causa formalis est acuitas: grauitas: dearticulatio: causa finalis est ymaginationis aut conceptus expressio ⁊ manifestatio: causa efficiens principalis est anima: instrumentalis pectus: pulmo ⁊ multa alia: vnde primum mouens in tussi est instrumentum respectu vocis: ⁊ cuʒ anima vtatur pulmone ratione attractionis: non potest ipso vti ratione vociferationis. Amplius: nō habere pulmonem: nō recipere aerē: carere sanguie est causa quare multa aialia nō habēt voces. Rursus sciēdum distinctū vocis signū nō esse a natura: sʒ ab institutione: vt in homine in quo ymaginatio dominatur super instinctū nature: in brutis aūt vox est a natura: que quia eadem est in omnibus indiuiduis vnius speciei: ob hoc voces ⁊ opera similia existunt in omnibus: formant quoq; bruta varias voces ī desiderijs cibi: potus: coitus. Amplius: magister proferendo voces deffectibus discipuli supplet potētia habere intentiones ⁊ nō ppositiones: ppositiōes sʒ non ordinatas: ⁊ stat discipulum habere ppositiōes ordinatas: tamen nō videre bonitateʒ illationis: vñ pōtres esse scientia preceptoris anteq̄ sciat a discipulo: quare concludo voces subordinari noīb⁹ mentalibus ad placitum significantibus: nō intentionibus simplicibus: que dicūtur vniuersales actu: ⁊ naturaliter significantes: ⁊ dicebam anno superiori pphemio primi physicoꝝ si estis memores: reperiunt apō Auerroim noia in quadruplici differentia: scriptuʒ: videlicet. vocale: mentale ad placitum significans: mentale naturaliter significās: cecus a natiuitate formans propositiones ex terminis colores designantibus vtitur noibus mentalibus ad placitū significātibus: similiter si quis de materia prima ostendat aliquod predicatū enūtiari: nomen materie est ad placitum significās: solū forme vt hñt eē in itellectu sunt noīa mētalia nāliter significātia: ex qb⁹ quoq; propositiones formari possunt.

Digressio.

Hac in parte patefacte sunt iste ppositiōes. Prīa est ad

est:ad sonũ pducẽdum tria exigunt:verberans.s.q̃ verberat:⁊ mediũ:⁊ est sonus qualitas sensibilis pueniens ex fractione motus aeris:⁊ extñs cũ illo:auditu ppriꝫ pceptus.

Secunda est:ad vocis formationeꝫ concurrunt:lingua:epiglotis:⁊ trachea arteria. Trachee aũt arterie deseruiũt musculi pectoris:⁊ pulmo sibi aerẽ preparantes. Epiglotis quoqꝫ ẽ mẽbrum in quo mirabilis est dispositio ex cartilaginibus:musculis ⁊ panniculis:ex qua epigloti versus partẽ superiorẽ orit corpus cartilaginosum semispicũ vocatũ lingua fistule:qđ quidẽ pprie verũ existit vocis instrm. Est vero vox pcussio inspirati aeris ab aĩa ad vocalẽ arteriã cũ imaginatiõe aliqua significãdi:sermo autem seu loquella est vocis per linguam dearticulatio.

Tertia. est:son⁹ alterat corpa inaĩata ⁊ sensuꝫ:quaten⁹.s.agit actiõe reali ⁊ spũali.

Quarta est:generatio soni est nãlis:at sonus fm eẽ reale educit de potẽtia subiecti:nõ aũt son⁹ fm eẽ spũale:⁊ ẽ son⁹ verissime ĩ aere tãq̃ in subiecto:⁊ dicebat Auer. 7.phyſicoꝝ.14.ĩ sonis aũt vr q̃ alteratio de graui in leue est modo equoco cũ istis:cũ sonus sit passio facta in aere a percussione corporũ:⁊ cũ ita sit:cũ dixit alterant a sensibilibus:intelligẽdũ est ab oĩbus sensibilib⁹:si intellexerimus vniuersalitatẽ:sin aũt excipiem⁹ sonos. Sensus est:q: soni nõ generant ex qualitatibus primis sed ex pcutiente ⁊ sonante:alteratio que ẽ inter acutum ⁊ grauẽ sonũ est modo equiuoco ad alterationẽ que in obiecto existit aliorũ sensuum:dicebat autem ibidẽ Albertus magn⁹:cuꝫ absqꝫ dubio verã habeãt tales alteratiões alterationis rõnem:intelligendũ est q̃ lꝫ quãtum ad primũ sonans generõ sonorũ sit violenta:inquãtũ tñ ad id quod est mediũ defferens:ħ est aer in quo sicut in materia prima generat nõ oĩo est innaturalis sonus:aer autem diuisibilis per humidum spirituale quod est ĩ ipso:⁊ ideo quo ad hoc aliquam respicit de qualitatibus primis:quia calidum cum humido spirituali puro facit optime sonare:si autem frigidum sit cum humido spirituali:retinentur soni:itaq̃ fiunt obtusi:⁊ si sit humidum corporale sicut in aquatico soni disparent:⁊ parum manifestantur:quare cum Auerrois arbitretur qualitates omnes de tertia specie posse terminare alterationem realem ⁊ physicam:⁊ si aliqua sit que non possit illam dicit esse sonum:soleo inferre lumen non esse qualitatem de tertia specie:terminat namqꝫ lumen alterationem spiritualem:minime realem:⁊ hec est causa q̃ Auerrois dicebat primo celi.21.illuminatio autem ⁊ similia sibi ex qualitatibus que non fiunt per alterationem non est impossibile vt sit incelo.

Quinta est:quando causatur echo non fit reflexio soni in aere primo percusso:sed in forma ⁊ figura prime percussionis.

Sexta est. Soni obuiantes cõtrarij ⁊ excellentes infringunt se in loco contactus:itaq̃ ex ambobus generatur vnus confusus ⁊ hoc quando ambo fuerint excellentes:vel alter destruit alterum:⁊ hoc quando vnus fuerit fortior ⁊ alter debilis:⁊ est attentione dignissimum:quod non vbiqꝫ corrumpunt se:nisi alter obtineat alterum in tota circunferentia:sicut quando vnus est debilis ⁊ alter valde vehemens:sed quando comparantur in fortitudine tunc maxime confringunt se ad rectum dyametrũ sonantium:sed in illa parte circũferentie nõ ita:⁊ cuꝫ vbiqꝫ fiat reflexio in sono:tñ cõtingit q̃ vterqꝫ sonus pcipitur:lꝫ in quadã parte sui sit corruptus:in altera in parte sue circũferentie reflectitur ad audituꝫ:⁊ ita in cõtinue sonante sonus sequẽs magis audit q̃ꝫ pcedens:sequens enim obtinet pcedẽtẽ:⁊ corrũpit ipm fm aliqđ vel ĩ toto:⁊ dixerũt alij:orbiculatiões reales se ipedire:spũales nõ:certa quoqꝫ ppiquitate clamãtes se impediunt:certa non.

Septima est:sonus duplex habet medium aereꝫ:scilicet ⁊ aquam:sed diuersimode:aer est medium ⁊ materia in quo generat sonus:⁊ sine quo nõ est eius esse:aqua vero est mediũ tantuꝫ.⁊ confundit ⁊ prohibet sonos:aer autem cõseruat:quia conseruatio rei est in propria materia.

Octaua est:si qs querat nũqđ detur minimũ visibile vel audibile. Respõdeo:datur maximuꝫ visibile:qđ non põt per se videri:quia hoc non põt per se videri:nec aliqđ sibi equale:vel minus:sub tanta quantitate precise sub qua est:sed quodlibet maius:vel cuilibet maiori aliqđ equale:datur tñ minimũ visibile qđ possit per se videri a determinato visu:certa intensione:certo spatio:⁊ signata distantia:vnde datur maxima distantia per quam ignis põt agere in passum:⁊ est minima vltra quam nõ põt fieri actio:⁊ assignat maxima distãtia p quam quideꝫ visibile agit in visuꝫ:⁊ ẽ minima vltra quam non potest visibile agere in visum propter distantie magnitudineꝫ:q: inter omnes distantias vltra quas non potest propter distantiaruꝫ magnitudinem:hec est minima sed propter distantiaꝝ paruitateꝫ datur maxima vltra quã visibile non põt agere in visum. Hec itaqꝫ sunt que de visu ⁊ auditu vobis explicanda proposueram.

Tex.cõmen.92.vsqꝫ ad.101.

Odor autem. Presenti pte que est a textu cõmẽti.92.vsqꝫ ad.101. tractat Aristoteles de olfatu ex parte odoris ⁊ odorantis:⁊ medij ⁊ modi olfaciendi:his propositionibus. Prima est:sensum odoratus multis animalib⁹ habemus peiorem:Secunda est:differentie odoruꝫ cognoscunt ex differentijs saporum. Tertia est:sola bonitas tactus infert bonitatem intellectus. Quarta est:aer ⁊ aqua sunt media opportuna pro odoribus percipiendis. Quinta est:licet respirantia ⁊ nõ respirantia habeant olfatum:tamen per illum diuersimode sentiunt.

Circa. 92.obiecta propria respectiue sumpta sunt eque nota:non absolute:odor ẽ difficilis cognitionis:quia incertum habemus odoratum:⁊ qui caret sensu caret simplici apprehensione sensibilis.

Digressio.

Dubitatur. an homo praue odoret:videt q̃ non:quia est nobilissimum ⁊ temperatissimum animal:ergo. Item propter hominem sunt inuente species odoris:ergo homo maxime debet percipere odores. Iterum:homo percipit odores propter se:⁊ propter cibum:ergo. Rursus anima humana est perfectissima:ergo ⁊c.

olfatus hoīs. ¶ Amplius: pōt homo itelligere oēs species odoꝝ: ergo ⁊ odorare. ¶ In oppositū ē Aristoteles. Pro expeditione difficultatis. Dico primo Auerroim. 2. colliget voluisse nares esse instrumēta odoratus ꝓpria: qꝛ naribus ꝺbduratis nullus sentitur odor: eis vero apertis attracto aere percipitur ⁊ si caruncule mamillares essent organū: odoraremus quāuis nares forent opilate per os: cum foramen in palato continueꝛ foramini nasi transeunti ad carūculas: sed conciliator differētia. 45. Agit partes conciliantis ⁊ ꝯ docet nares instra esse defferentia ⁊ teddētia: carūculas afferit suscipientes odoratum. Dico secundo: satis esse homini habere sensum quo animal est animal temperatissimū. Dico tertio species odoris vt ad sanitatez conferunt esse propter hoiem tantum: ⁊ nō potuit olfatus hois esse temperatus: vt cerebro deseruire cōmode posset: eliūt tū odores hō ꝑ subtiliatonē: confricatonē: distractionē. Dico quartorsatis esse animā humanā habere aliquā virtutem essentialiter perfectiorez q̄ sit aliqua virtus aīalis bruti. Dico vltimo: hoiem habere ꝑtātem ꝑcipiēdi quālibet spēm odoris: ⁊ odoratū hois perceptiuum esse saltem arte remississimi odoris alter aliqd esset nō cognoscibile ab aliquo intellectu: rationes vero vijs suis perambulent.

Auerrois. 93. Dicit: ⁊ cōsimilitudo que est inter sapores ⁊ odores est. qꝛ nō inuenitur odor nisi in habente saporem. Contra: nō reperitur odor nisi in habente colorem: cum color ⁊ odor sint passiones mixti. Similiter eleuata fumali euaporatione valde subtili ab aliquo corpore odorabili contingit sentiri intensum odorez. Solutio est: ratio concluderet si cetera essent paria. Prima vero causa dissimilitudinis ē: quia delectatio odoris ⁊ coloris nō ad eundez finem ordinanꝛ: velut delectatio odoris ⁊ saporis scilicet in alimentuz. Secunda causa est: qꝛ licet non inueniatur odor sine colore ⁊ sapore: tamen gustus per quem comprehenditur sapor in nobis est certior q̄ visus in relatione ad animalia bruta. ¶ Rursus dicit ꝙ illa euaporatio debiliter mouet gustuz: hꝫ tamen in se subiectiue saporē: ⁊ ideo in certa materia plus percipiꝛ odor q̄ sapor. non tñ ex hoc colligi pōt olfatū absolute esse in nobis certiorem gustu.

Circa. 94. Quia homo est prudentissimum animalium demon ob longaz rerū experientiā hoiem nō pōt supare: est aūt hō prudentissimus. 30. ꝑticula ꝓblematū: qꝛ est capitis parui ad sui corporis ꝓportionez. Bruta ēt capitū similez valde obseruant dispositionē in capite humano magna repiꝛ diuersitas. Et si qs dicat. 2. tegni. 14. caput magnū ē laudabili⁹ paruo: distinctio de paruitate cōtinentie cranei ⁊ paruitate carnis cōciliatoris differētia. 79. soluit apparentē ꝯdictionē. ¶ Amplius puto Platonez ⁊ Aristotelē ꝑsuasiue loq cū dicūt hoi esse magis credendū q̄ ceteris aīalib⁹: tum qꝛ hō solus scit numerare: iuꝫ qꝛ solus hō deū veneraꝛ ⁊ colit.

Rursus quilibet sensus deseruit intellectui: solus tamen tactus infert bonitatez ingenij: est enim tactus organum generale ⁊ speciale: alij sensus sunt speciales tantuz. Scientie inuente deseruit visus: acquisite ab alio audit⁹: de sensu ⁊ sensato.

Iterum Sanguinei ⁊ temperati ꝑ se sunt magis disciplinabiles melancolici tñ ꝑ accidēs scijs clarēt: qꝛ sunt solliciti: ⁊ curis nō occupati: ⁊ sunt melācolici ex adustione sanguinis ex colera: sed de his. 30. ꝑticula ꝓblematū abūde differiꝛ.

Circa. 95. odores: sapores: colores medij ex extremis formaliꝛ componūtur. 5. phyficoꝝ 6. 52. 6. phy. 32. 4. celi. 26. possunt. n. cōtraria sub esse truncato non intenso simul stare: opus. n. est vt semꝑ latitudo qualitatū cōtrariaꝝ adimpleaꝛ: ⁊ ob hoc reprehendiꝛ Porphyri⁹ a Cōmentatore putās vnam spēm ex duab⁹ spēb⁹ cōponi nō posse. Et si gspiā dicat. 10. methaphysice. 7. colores nō cōponūꝛ ex albo ⁊ nigro. Dico in genere colorū nō eē nisi spēm vnaꝫ coloris mēsurā oiuꝫ aliorū colorū: vt inuit ibi Auer.

Amplius odor pōt in se considerari: ⁊ sic est qualitas simplex: ⁊ in cōparatione ad subiectum in quo est: ⁊ sic nec simplex est: nec simplici constituitur: consideratur ⁊ in cōparatiōe ad medium defferens in quo ⁊ ꝺm esse reale ⁊ ꝺm eē spirituale reperiꝛ: infra. 97.

Iterum odor cōstituiꝛ actu calido ⁊ sicco: ⁊ vt cito perueniat a longe ad odoratum: vapor. n. calidus ⁊ siccus. 1. primo metheororum: oī vapore altius ascendit ⁊ citius: tum vt cerebrum temperaret.

Preterea. species odorū absolute sūt odor redolens ⁊ odor fetens: ⁊ odor nec redolens: nec fetens: respectu saporum denominamus odores nominibus saporū: penes delectabile autem distinguunꝛ odores in duas species tantū: sciꝫ ꝺm delectabile qꝺ cōfert ad alimentū: ⁊ ꝺm delectabile qꝺ cōfert ad sanitatē: prima delectatio ē primo in sapore cibi: secūdario in odore: secūda primo est in odore: vnde delectabile cibi cōuenit odori gratia saporis: ⁊ est odor cibi esurientibus desiderabilis non saturatis. At siquis dicat: multa bruta meli⁹ ꝑcipiunt odores q̄ homo: ergo non est propriū hōi tristari vel delectari in odoribus cōtra Aristotelē in de sensu ⁊ sensato. Dico ꝙ aīalia bruta melius sentiunt odores q̄ hō: sed non indignanꝛ vel letanꝛ eis nisi sint corruptiui: veluti apes ⁊ formice fugiunt odorē sulphuris: serpentes odorē cornu cerui cōbusti: nec ē cā naturalis delectationis melius sentire odorem: sed magis cōferre ad sanitatē.

Textu ⁊ cōmento. 96. tam odorabile q̄ non odorabile est ab odoratu ꝑceptibile visus ꝑcipit visibile ⁊ inuisibile: qꝛ lumē ⁊ tenebraꝫ: auditus sonū ⁊ silentiū: ergo odoratus habitū sentiet ⁊ priuationē: ⁊ colligitur palam priuationē sentiri sensu exteriori per se: ⁊ est verū cōparando priuationē ad sensum: ⁊ tñ priuatio sensibilis ē per accñs cōparando ipaꝫ ad sensibile: sunt tñ qui arbitrantur priuationē nō cognosci per se sensu exteriori. tū qꝛ ꝑcipitur silentiū per discursum virtutis superioris. tum qꝛ nullus sensus imutatur nisi a suo obiecto: auditus nō imutatur tempe silentij ergo animal cōcurrente auditu silentiū indicat per interiorem virtutē: hoc pacto sum in dispōne in qua audirē sonū: si cāreꝛ sꝫ nō audio: ergo: ⁊ surdus talē discursuꝫ formare neqt.

Circa. 97. In ꝑmis aduertēdū ē: odorat⁹ idiget medio extrīseco ꝑ se: vt odor hēat ī medio eē mediū īter eē puruꝫ corpale ⁊ eē puꝝ spūale: sensibile nāqꝫ positū ꝺm eē reale supra sensum tollit sensationē: lingua ⁊ tact⁹ nō sentiūt q̄litates quas in se hñt realiter: tale aūt mediū ē aer ⁊ aqua vt sunt receptiua odorum ꝺm esse spirituale ⁊ extraneum: vt

illuminabilia

illuminabilia existunt deseruiebāt visui: quaten⁹ recipiunt motū ⁊ sonū satisfaciunt auditui.

Rursus odor suscipitur in medio spūalr: ⁊ si spēs odoris ē extensa p mediuʒ: non tñ est ibi modo extenso: veluti dr de imagine in speculo exist ēte nō mō quātitatiuo: ⁊ ē vt Theologi docent. Xp̄s bndictus in eucharistia nō mō quātitatiuo pōt aut inaīatū spūalr alterari nō vt inaīatum sed vt est medium sensatiōibus pficiēdis accōmodatuʒ: aiatum quatenus animatu ⁊ realiter ⁊ spūaliter alteratur merito materie ⁊ anime: vnde omnis alteratio spiritualis vel est ipsius virtutis cognoscitiue: vel alicuius ordinait ad cognitionē: ⁊ ita declarandus ē Cōmentator. 7. phyſicoꝝ. 12.

Amplius credidit Aui. odorē nō habere nisi esse materiale in corpore odorifero per mediū ad olfactū delato. tū qꝛ: ventus impedit multiplicationeʒ odoris. tum qꝛ: corpa odorifera minuunt ob multiplicationē odoris. tū qꝛ: īpeditur a frigiditate talis odoꝝ mltiplicatio. tū qꝛ odor successiue multiplicat: multis expientijs opi. Aui. a multis cōprobatur.

Preterea Cōmentator facit hanc rōnem ꝯ Auicē. odor multiplicat sperice: sed per. 500. leucas p semydiametrū fuit sensatus ergo tota dyameter fuit mille leucarū: non pōt autem materia in potentia stare sub maiori dimēsione ꝙ sit dimēsio ignis: ergo: ⁊ ita vent⁹ nō potuit extinsse cā ꝙ odor ad tantā distātiā multiplicaret.

Iterum secūda ratio consistit in hoc: qꝛ odor non miscetur medio: quoniā si sic: olfatus esset quidam tactus: ⁊ ita vel aer cedit: vel non si sic: ibi animal non posset respirare: si non daret penetratio corporum: est itaqʒ odor in aere ſm eē spiritualem: ita igit est de odore: sicut de sono: sonus. n. fit a passione in aere sed ēt impedit a ventis: sed tamē non consequitur ex hoc vt sit corpus vel in corpore resoluto a campana: necesse est itaqʒ in his duabus passionib⁹. s. soni ⁊ odoris cum fuerint in aere: vt nō sint motus illic in aere ad aliam partē sine alia: quia multiplicantur orbiculariter.

Circa. 98. ⁊. 99. videtur olfatus dici equiuoce d respirātibus ⁊ nō respirātib⁹ ob diuersum modum percipiēdi odores. Solutio est: ꝙ obiectum vnius rationis exposcit potentiā vnius rōnis ⁊ ita non facit odoratū equiuocum diuersitas organi odorat⁹ cooperti vel nō cooperti. a mō. n. organi nō diffinit aliqua potētia sensibilis sed ab obiecto. 2. de aīa. 22. ¶ Ampli⁹: odoratus eū idigeat medio extrinseco per se: nō pōt odor puenire ad odoratū nisi pri⁹ fuerit in aere vel aq̄ intētionalr. ¶ Iterū solus hō si odorare oʒ necessario indiget respiratōe ⁊ ob hō hn̄s nasum simum pessime odorat: ⁊ frequenter anhelitum habet fetidum.

Preterea solet dubitari: nūquid ex equali distantia animal inspirans ⁊ non inspirans pcipiāt odorē: ⁊ an oīa inspirātia sint equaliter odorātia si sint in vltimo imutationis rei odorifere: videt ꝙ sic: qꝛ ibi alterat cerebrum non inspirātis ⁊ eundem aerem trahent inspirans ergo odorāt inequali distantia. Item in vltimo imutatiōis sit hō ⁊ canis: eūdem aerem trahet homo quem canis: sed aer imutatus odore tangit cerebrum vtriusqʒ ergo alterat vtrūqʒ. Dico nō oportere animalia quecūqʒ ex eq̄li distātia odorare: nō. n. ad sensatōeʒ pficiēdaʒ requiritur equalitas agentis tantum: sed patientis: vnde cerebrū siccum a debili odore imutari pōt: nō frigidum ⁊ humidum.

Auerrois cōmento. 100. inducit digressionem que tendit ad hoc: vt ostendat hanc cōsequentiā valere: est datum coopertoriū propter melius ergo illō animal optime sentit: si sit concessum coopertoriū propter necessitateʒ nō seqtur: tale animal bene sentire illo sensu: anhelantia ergo non sunt verioris olfatus ꝙ nō anhelantia: qꝛ coopertoriū ē ibi ppter necessitatē: ⁊ ita vtilius palpebraꝝ est ppter vnioneʒ specieꝝ ab obiecto: ⁊ non ppter defectū sentientis: nasus aūt concessus est pp defectum sentientis: hec sunt que de olfatu: relictis supfluis: agitanda proposueram.

¶ Tex. cōmen. 101. vsqʒ ad. 106.

Gustus autem. Presenti pte que est a textu cōmēti. 101. vsqʒ ad. 106. ptractat Aristoteles de gustu: his ppositiōibus. Gustus mediū nō exigit extraneū p sei ʒ itrinsecū. Sapor nō pcipit nisi ſm ꝙ est in humido. organum gustus dʒ esse nō actu humiduʒ aptū tñ humectari. Inueniunt sapores ⁊ medij ⁊ extremi.

Circa. 101. in primis aduertenduʒ est: gustus ⁊ tactus sunt materialiores ad alimentuʒ per se ordinati: est auteʒ gustus ſm sui organum: in neruo expanso ſm superficiē lingue ⁊ in neruis palati: in aīalibus maxima est diuersitas ppter linguaʒ existentem in quibusdam curuam: in alijs medianis in multis longam ⁊ acutam.

Amplius gustui ⁊ tactui cōceditur medium extrinsecum. infra. 115. non ppter multiplicationē speciei: ʒ ppter ipsa obiecta: ex necessitate. s. obiectoꝝ nō sensatōis: vñ aer exterior nō est necessari⁹ in gustu ⁊ tactu ad mltiplicādas spēs: qꝛ si p possibile tollat mediū extrinsecū: nō minus p intrinsecū possent spēs multiplicari: ⁊ nō ē sic de tribus sensibus declaratis: qꝛ carēt medio intrinseco.

Iterum sapor est in humido quantū ad imutationeʒ: non sic color: ⁊ nō cōprehēdit gustus saporeʒ: nisi cōprehendat ipsum humorē coniunctū: imo nō est necessariū tunc tactuʒ pcipere humorē posito casu possibili ꝙ hūiditas gustabilis sit precise eque intensa cum humiditate organi: ⁊ sapor sit excellens.

Rursus format Auerrois istam cōsequētiaʒ: si odor esset corpus: olfatus esset aliquis tactus. Contra sapor ēt nō est corpus: ⁊ ita gustus nō erit qdam tactus. Dico ꝙ sapor reqrit corp⁹ pro sui imutatōe nō sic est de tribus pprijs sensibilibus patefactis: que necessario ⁊ p se pexigūt media extrinseca: in qbus suscipiunt ſm esse spirituale: gustus ergo vt est sensus alimēti est qdaʒ tactus: quatenus vero est iudicatiuus saporꝝ ponit in numerum ꝯ tactū: ⁊ dicebā supra. 28. sapor vt caliduʒ: tangibile ē: vt cōueniens vel disconueniens gustabi'e: ⁊ gustus vt pceptiuus saporis nō ē tactus: vt vero discretiu⁹ cōueniētie vel discōueniētie saporis sic ē qdaʒ tact⁹: ⁊ qꝛ nō imutat gustus nisi prius tactus nouiter fuerit imutatus: ideo dixit: euʒ sit quasi species: qꝛ non est vera species.

Circa. 102. Magna est nature diligētia circa linguā: eā posuit in loco tuto ⁊ abscondito:

insignuit q; eam multitudine neruorum: arteriarum: ⁊ venarum ad eam venientiū: in radice lingue inuenitur caro glandosa generatrix salive. Eductio autē lingue non est motus voluntarius: si motus voluntarius requirat musculum: ⁊ nullus sit musculus in lingua: qui sit dux eductiōis lingue ad extra: si vero inueniatur motus in animali voluntarius nō cōcurrente musculo nihil in hoc erit ambiguitatis: s; hec medicis theoricis examināda relinquātur. Et si qs interroget: cur lingua amara: salsa: ⁊ acida fieri pōt: dulcis non pōt. Respondet Aristoteles. 34. ꝑticula problematu; ꝑblemate. 5. ꝙ sapores alij a dulci ⁊ vnctuoso sunt corruptiōes queda; ⁊ excessiui quare lingua ipsos ꝑcipit: sed dulcem cum vnctuoso non sentit: eo ꝙ naturalis existit ⁊ consuetus: ⁊ minime alterat qui talis: ⁊ flegma dulce percipitur insipidum.

Circa. 103. humiditas non est sensibile cōmune quia non agit in tactum ⁊ gustum: sed in tactum iunctum gustui: sensibile aute; cōmune agit in plures sensus. ¶ Amplius gustus ⁊ tactus habēt instrumentu; circa cor: vt isti sensus sunt alimenti: vnde licet in stomaco ⁊ epate fiat quedam ꝑparatio ad cibum: a calore tn̄ cordis cōpletur talis operatio nutrimenti. principiant̄ aūt tales sensus a cerebro quatenus iudicatiui existunt.

Circa. 104. ⁊. 105. recipiens d; esse denudatu; a natura recepti. i. nihil recipit seipm̄: nec est cā alicuius in recipiēdo seipsu;: supra. 97. ⁊ dicit̄ visus seu oculus nō habere colorē hac rōne: q: albedo in oculo nō est ratio recipiēdi: sed ē mediū dispositiuū: ⁊ ita dicatur de humiditate gustus.

Rursus voluit Galienus acutu; ⁊ ponticum sapores esse extremos ⁊ omne amarū eē calidu;. amaru;. n. ⁊ salsu; fere ide; sunt: calefacit desiccat: consumit: sitim inducit: excoriat. Auerrois arbitrat̄ nō omne amarū esse calidū: sicut. n. albedo ⁊ nigredo ꝑducunt̄ a calido ⁊ frigido: ita ⁊ de sapore est dicendū. Itē fructus ꝑmutant̄ de amaritudine in dulcedinem. ¶ Amplius plante habētes sapore; non transferunt̄ ex amaritudine ad dulcedinē nisi ꝑ media: vt in coloribꝰ mediāte karopo colore cerēsaꝝ nigrarum: ⁊ mediante kiano colore catuloꝝ habētiū pillos subalbos fit mutatio a nigredine in albedinē sapores itaq; vt imutant gustum accipiendi sunt: vt Aristoteles facit: vt entia existūt: debent sumi in cōparatione ad humiditatem ⁊ siccitatem ⁊ non in cōparatione ad caliditatem ⁊ frigiditatem: vt credidit Galienus: ⁊ in his non est in presentia prolongandus sermo: q: in processu lectionū ꝺ sensu ⁊ sensato presenti anno de obiectis visus: odoratus ⁊ gustus abundantissime pertractabitur.

¶ Tex. cōmē. 106. vsq; ad. 121.

De tangibili. Presenti parte que ē a textu cōmēti. 106. vsq; ad. 121. tractat Aristoteles ꝺ tactu: organo: ⁊ medio eiusdē. his ꝑpositionibus. Sensus tactus non est vnus sed plures. Caro nō est organū s; mediū existit virtutis tactiue. Tactus ⁊ gustus medio intrinseco per se: extrinseco vero per accidēs egent. Qualitates prime obiectum existunt oportunum tactus.

Circa. 106. Sermo in tactu ⁊ tangibili ē ide;. s. eque dubius ī ꝯtrarietate ⁊ multitudīe tactuū ⁊ tangibilium: ⁊ nō ē intelligēdu; ꝙ idem sit sermo omnibꝰ modis: nā plures species tangibiliū non requirunt plures tactus specie: i. sed pluralitas tangibilium in genere infert plures tactus. Et si qs dicat: lux ⁊ color nō sunt in genere vno proximo: tamen respectu coloris ⁊ lucis est vnus sensus visus Dico respectu visus omnia visibilia habere eunde; modum imutandi: respectu autem tactus tangibilia inueniūtur habere duos modos imutandi: quorum vnus est cum transmutatione locali instrumenti: i. velut imutant graue ⁊ leue: alius est cum transmutatione alteratiua vt faciūt q̄litates ꝑime: Amplius asserit Auerrois: consecutio in istis duobus syllogismis est manifesta: tamen destructio vel positio est ignorata. i. latet an sit affirmādu;: an negādu; āteceds vel ꝯsequens.

Circa. 107. formantur hee consequentie: si caro est instrumentum tactus: tactus est vnꝰ: ⁊ si tactus est plures: caro est medium ⁊ non instrumentum: tenent iste cōsequentie: quia si tactus sunt plures: ponuntur propter graue ⁊ leue: que aliū modum imutandi habent a qualitatibus ꝑimis: ⁊ si caro foret instrumentum: cum non percipiat nisi per calidum: frigidum: humidum ⁊ siccum: non oporteret propter graue ⁊ leue multiplicare tactꝰ: at si neruus instrumentum stabilietur: erunt plures tactus: quonia; neruus percipit graue sine qualitatibus ꝑimis: vbi nāq; esset obiectum graue positu; super organo tactus sibi simili in qualitatibus ꝑimis posset per depressionem mēbri eius grauitas sentiri ⁊ hac fundatissima declaratione pandūtur errores modernorum.

Commentum. 108. ita interpretandum est: quemadmodum vna scientia est vnius generis: ita vna potentia debet eē vnius obiecti in genere: per vnam enim intentionē ⁊ obiectum cōmune sensus est vnus: ⁊ dicuntur cōtraria diuersa in generibus que non habent eunde; modum imutandi: ⁊ hec est causa ꝙ quale equiuoce predicatur de colore: sapore ⁊ odore propter scilicet diuersum modum imutandi quem habēt respectu suorum sensuum: predicatur ⁊ quale equiuoce ꝺ graui ⁊ leui: calido ⁊ frigido: quia calidum ⁊ frigidum sunt in predicamento qualitatis: quoniam imutant cum transmutatione alteratiua: graue ⁊ leue sunt in predicamento substantie: quia sunt de genere imutandi cum substantia: quia sicut substantia perfecta īmediate producit motum localem: sic grauitas ⁊ leuitas sentiuntur cu; motu locali: ⁊ ob hos duos modos imutandi infert Cōmentator tactum esse plus quam vnum: ⁊ carnem habere rationem medij: caro enim quia non erat perceptiua motus: ideo non poterat esse organum tactus: sunt nam q; nerui qui habent introitū in motu: ⁊ non caro: vt credidit Aristoteles antequam videret anathomiam: ⁊ colligit̄ ex hoc commento ꝙ liber de anima est vltimus in ordine librorum naturalium Aristotelis.

Quare ꝑbo oīno respectu calidi: frigidi: hūidi ⁊ sicci vnū tactū nūero: tū q: tactꝰ ponit ꝺīam inter calidū ⁊ hūidū: frigidū ⁊ siccū: ergo ē vnꝰ numero: ꝯsequētia est Aristo. infra de sensu cō. tū q: iste q̄ttuor q̄litates ꝑie hn̄t eūdē modū imutādi ergo respectu earū est vnꝰ tactꝰ numero: tū q: caliditati ⁊ frigiditati respondet vnus modus immutandi

ergo caliditati & humiditati: frigiditati & siccitati. tum quia si multiplicarentur tactus respectu calidi frigidi: humidi & sicci: non valeret hec consequentia: caro est instrumentum: ergo est vnus tactus numero: quia caro percipit per calidum: frigidum: humidum & siccum: caro itaque non est organum quia non est perceptiua motus: sed erit neruus qui duobus predictis modis imutari potest: vnde potest graue & leue sentiri sine qualitatibus primis. Sed contra: impossibile est vnum tactum numero habere simul & semel duos actus perfectissimos: quia hoc non conceditur de intellectu. 2. topicorum. capite. 25. dicit Aristoteles: contingit multa scire: intelligere non tactus simul sentit frigiditatem & humiditatem aque non eodem actu: ergo respectu frigidi erit vnus tactus: & alius respectu humidi. Dico vnum sensum posse simul duo obiecta percipere: non tamen ita perfecte. sicut vnum: & est sententia Aristotelis in de sensu & sensato: quando dicitur album & nigrum posita iuxta seinuicem magis elucescere: intelligitur ea cognitione distinctiua perfectius sentiri sensatione communi quam propria.

Circa commentum. 109. Alexander errauit ponendo carnem organum tactus. Themistius idem videtur velle esse organum & medium. Verum & in dictis Auerrois est apparens contradictio: in de sensu & sensato & .2. colliget: fatetur carnem esse instrumentum tactus. Solutio est: Commentator procedit ibi ac si tactus vnus existeret: cuius signum euidentissimum est: quia ibi facit mentionem tantum de tactu respectu calidi: frigidi: humidi & sicci: & colligitur ex secundo colliget Auerroim voluisse vnum tactum numero respectu quattuor qualitatum primarum: in hoc secundo de anima comparabatur tactus ad qualitates primas & graue & leue: non ergo caro sed neruus concluditur esse instrumentum: sed nunquid grauitas & leuitas sint forme substantiales grauium & leuium dicemus anno futuro. 4. celi primo & secundo. Amplius: hec consequentia: sensibilia tactus non communicant in eodem genere: ergo tactus est plus quam vnus: declarata est supra. 107. & . 108.

Sententia. xxx. ostenditur quid faciat difficultatem in proposito: que oritur ex hoc: quia caro est pars nostri corporis: quia tamen demonstratio coegit plures esse tactus: ideo caro non organum: sed conuincetur eam habere rationem medij intrinseci.

Sententia. xxxi. declaratur necessitas ob quam caro fuit applicata: & propter quid ipsa ponitur medium: & ex quo fit caro: & colligitur quod non datur demon qui sit elementum: quia non esset animatus. Amplius hec consequentia Auerrois: animalia indigent in salute vt sentiant tangibilia ergo medium est pars animalis: tenet: quia alij sensus in distantia percipiunt: tactus propinque: ideo dedit natura instrumentum cum medio intrinseco. Rursus: commune est omni sensui habere medium ergo & tactui: non est elementum ergo mixtum ergo est caro: hec vltima consequentia videtur non valere: ideo Aristoteles fuit breuis: vt ingenium nostrum excitaret: & etiam Auerrois non deducit consequentiam: quam sic deduco: illud medium est pars animalis ergo os: vel caro: & sic de alijs: ceteris destructis concluditur carnem habere rationem medij. ¶ Iterum quia Auerrois dicit terrestreitatem dominari in carne: tenetur consimiliter terram dominari in carne quantum ad qualitates motiuas: ignem vero vel aerem quantum ad alteratiuas. Contra omnia membra sunt naturaliter grauia & densa ergo naturaliter frigida: grauitas enim & densitas insequuntur frigiditatem: ergo si elementa frigida dominentur in membris motiue: dominabuntur & alteratiue: quia qualitates motiue secundum viam communem comittantur alteratiuas: quare putandum est omnia membra cuiuscunque animalis frigide esse complexionis: quantum ad complexionem eorum innatam que resultat merito componentium: merito vero complexionis influentis que prouenit a spiritibus in membris influxis ipsa ab equali ad pondus declinare possunt per calidum & humidum.

Sententia. xxxii. ostenditur tactus esse plures & quod latet propter carnem esse medium: & ratio est ista: si omnis caro tangeret & gustaret putaremus tactum esse idem gustui: tamen non esset: nam extimaremus quod sicut idem est medium ita eadem est virtus: sed quia non omnis caro gustat: patet quod non sunt vnus sensus gustus & tactus. Similiter quia videmus quod per carnem sentimus graue & leue & alia tangibilia putamus quod sit idem sensus: & non est ita: ideo causa quare latet plures tactus esse est identitas medij.

Digressio.

Non est difficultas hec pretermittenda: nunquid dolor & delitia sint operationes sensus tactus: videtur quod non: quia dolere & delitiari est sentire conueniens vel disconueniens: sed cognoscere conuenientiam vel disconuenientiam pertinet ad fantasiam cum sint intentiones non sensate: quas nullus sensus exterior percipit ergo. Item dolor est tristis sensatio ergo tactus non dolet: quia nullus sensus exterior percipit per se sensationem aliquam. ¶ Rursus si dolet & delitietur: plures essent tactus quam duo: quia hec nec graue & leue sunt: nec aliqua quattuor primarum qualitatum. ¶ Amplius sensibile perficit sensum & ei non contrariatur: dolor ledit & est contrarius sensui tactus: ergo non est obiectum illius. In oppositum: dolor est perceptio contrarij materialiter imprimentis inquantum realiter imutat organum tactus: applicato enim contrario sensui tactus causatur dolor: quia realiter imprimit: non sic autem fantasiam realiter imutat: ideo &c. Pro expeditione quesiti dico in primis vnum: quod aliud est dolere: aliud dolorem percipere: sensus exterior dolet: non tamen percipit dolorem: interior percipit dolorem: non tamen dolet: vnde dolere est imutatio realis: & tactus habet hanc prerogatiuam vt imutetur realiter & spiritualiter: & ita dolere est percipere contrarietatem rei contrarie & est imutari realiter: sed percipere dolorem est imutatio spiritualis tantum. Similiter dicatur aliud esse delectari: aliud percipere delectationem. Dico secundo quod dolor & delitia causantur a qualitatibus primis: quia dolere est percipere contrarietatem rei contrarie: & delitiari est sentire conueniens remouendo disconueniens: & hoc est a qualitatibus primis: patet de manu posita ad ignem: vnde perceptio gaudij & tristitie non est egredi a dispositione preter naturam vel a naturali: quia illud est quod priuatiuum: sed simul coniunguntur deperditio dispositionis preter naturalis & acquisitio naturalis dispositionis: vel econuerso: doloris namque dolor aut est mala complexio diuersa: aut solutio continuitatis: licet Auerrois. 3. colliget capitulo. 31. posuerit doloris malam complexionem diuersam tantum causam: delitia est remotio illa

rum: ⁊ que habetur in actu venereo est vt ego reor veluti illa que habetur in scabie: verū in scabie causatur delitia priuatiue: pro quanto humor salsus existens in superficie cutis dolorem causans sculpēdo remouetur: in venere oportet ponere qualitatē positiuam causantē delitiam: cum ibi non sit dolor precedens: vnde in venere causatur aliqua solutio continuitatis in erectione virge: que non est multū sensibilis quā quidem remouet sperma: ⁊ sic causat delitia: vel forte ibi est caliditas temperata ⁊ moderata habens causare delitiam in tali parte: ⁊ est simile de cibo qui digeritur in stomaco a tali qualitate: quia a maiori non sic posset: ⁊ ita cōcludo breuiter ꝙ dolor ⁊ delitia causantur a qualitatibus primis ⁊ imutant obiecta doloris ⁊ delitie cum imutatione alteratiua ⁊ forte interdum cū imutatione locali. Neqꝫ rationes prius facte concludunt: ad primam: dico ꝙ non est verum ꝙ dolere sit perceptio rei disconuenientis: sed rei contrarie contrarietatem sentire: conuenientia ⁊ disconuenientia non percipiuntur a sensu exteriori sed interiori: quare nō sequitur: tactus percipit rem contrariam materialiter imprimentē: ergo percipit rem disconuenientē: licet sit idem realiter: ⁊ est simile ꝙ eadem res est ens ⁊ bonum: que quidē sub ratione entis est obiectum intellectus: sub ratione boni voluntatis: non tamen sequitur ꝙ sub vtraqꝫ ratione sit obiectū intellectus: ita in proposito non valet: tactus percipit rem contrariam: ⁊ illa vt sic est disconueniens ergo percipit illā sub ratione discōuenientis: quia vt sic ad sensum interiorē pertinet. Ad secundā: negatur consequentia: sed debet inferri tactum non percipere dolorē: quod ego cōcedo. Ad tertiam: sufficiunt duo tactus: quia obiecta doloris ⁊ letitie imutant altero duorū modorū. Ad vltimā dico obiectū iproportionatum imperficere ⁊ corrūpere: hec de digressione.

Sententia. 113. non solū gustus ⁊ tactus egent ope medij intrinseci: verum ⁊ mediū extrinsecū per accidens necessario tamen plane requirunt. Si nāqꝫ tangens ⁊ tangibile in aqua locentur: inter ea aqua mediabit: eodem modo de is dici potest que in aere inueniunt: iter duo ergo corpora dura se debentia tangere cadit mediū extrinsecū vel aqua vel aer: ⁊ hec propositio: omne corpus habet profunditatē: scribitur primo celi. 2. quam ideo accepit Aristoteles: ne qs diceret elemētum simplex carere profundo: ⁊ cum humiditas esse non possit sine aqua vel aere conuincitur palam elementa esse in mixto formaliter.

Amplius induco vnam apparentem cōtradictionem. 7. physicorū. 10. affirmatur mouens ⁊ motum semper debere esse simul: hic asserit fieri nō posse: vt duo corpora dura saltem discōtinua adinuicem imediate se tangant ſm superficies extrinsecas. Solutio ē: Dico primo ꝙ omne motum est motum in pleno. 4. physicorū. 71. Dico secūdo ꝙ plenū se tenet ex parte mobilis: ex mobili. n. ⁊ pleno fit vnum aggregatū quod dicitur moueri. Dico tertio ꝙ tunc totum tangit totum: quando ſm aliquā sui partē tangit illud veluti dicit. 2. celi. 42. celum tangit oīa sublunaria: his habitis plana ē solutio: quia inter duo corpora dura quatenus duo corpora sunt semꝑ mediat aliquid: vt vo mobilia sunt: nihil interponit: nam cū manus mea mouet lapidē in aere: ex lapide ⁊ aere efficitur vnum congregatū quod quidem mobile nuncupatur.

Sententia. 114. ⁊. 15. tangibilia ⁊ gustabilia per media extrinseca plane sentimus: quēadmodū ⁊ id quod sonat: ⁊ visibile ⁊ odorabile: verū hec quidē eminus: illa vero cominus sentiuntur: quapropter latet si per medium illa percipiantur: eteniuero si per subtilē pellē positā circa carnem sentirem⁹ oīa tangibilia ipsam nō animaduertentes: sic nos tū vtiqꝫ sentiremus: vt nunc i aere sentimus ⁊ aqua: nūc. n. videmur res ipsas tangibiles tangere ⁊ nullū mediū esse. Interest autem inter tangibile ⁊ ea que sonant ⁊ visibilia: nā hec qdē sentimus medio in nos aliquid agēte: at tangibilia sentimus non a medio: sed vna cum ipso medio moti: vti fit: cum quispiam per clipeum est ꝑcussus: non enim percussus clipeus percussit: sed fit: vt ābo sint simul percussi clipeus atqꝫ miles.

Auerrois. 114. dici: cum fuerit concessum hoc quod diximus ꝙ corpora sic ea impossibile est vt tangant se in corporibus humidis: nisi inter ea sit aliquod corpus ex illo humido: quare querendū est nunquid duo corpora dura possint se imediate tangere: videtur ꝙ sic: quia aliter cū graue descendit supra graue a proportione minoris inequalitatis proueniret actio siue prohibitio actionis. Item a principio multis aer interclusus nō sufficit resistere ergo in fine modicus aer non erit potēs resistere. Rursus experientijs multis: de securi scindente lignum: de ferro perforante craneum: de fundamento domus quod esset in aere. Ad oppositum arguitur: si esset possibile duo corpora imediate se tāgere: eleuetur vnum corpus durum ab alio equaliter ⁊ sequitur ꝙ aer circūstans infinita velocitate mouebitur: ⁊ tamen ab agente finito: ⁊ a proportione finita: consequens falsum: probatur consequentia: quia vel aer circunstans subito replebit illud spatium inter medium: vel non: si non: dabitur vacuum: si sic: ille aer infinita velocitate mouebitur: quia subito pertransibit totum illud spatium. Item est auctoritas Aristotelis ⁊ Auerrois dicentium aerem mediare inter ea que se tangunt in aere: ⁊ aquā inter ea que se tangunt in aqua: ⁊ iste rationes concludunt partem negatiuam quesiti esse veram: ⁊ ad rationes in oppositum respondent moderni aerem minimū virtute nature vniuersalis resistere graui: ⁊ hoc ne detur vacuum: aut ne moueatur aliquid infinita velocitate: ⁊ ille aer interclusus appetitu particulari appetit moueri supra graue: appetitu tamen vniuersali impeditur motus eius: ne detur vacuum: non erit ergo admittendum duo corpora dura ſm superficies planas immediate se tangere: At multi arbitrantur duo corpora plana abinuicem equidistanter eleuari posse: ⁊ quia non datur prima distantia qua aliqua corpora nunc distent: que primo se tangebant: quia quecunqꝫ nunc distant per pedale prius distabant per medietatē pedalis ⁊ sic deinceps: non datur primus aer qui primo sit petiturus centrum: ⁊ hoc pacto euitatur vacuū: ⁊ motus in instanti: ⁊ hoc est quod dixerunt alij immediate post hoc aer exterior punctum medium tanget: nullus tamen aer immediate post hoc ſm quodlibet sui punctum medium attinget: ⁊ ꝙ infinita velocitate mouebitur ille aer ad punctum medium: nec dabitur primum instans in quo tāget: sed vltimum in quo non: eo ꝙ in quolibet tēpore incipiente ab instāti pūti tāget: nec

ex his

ex his sequitur ꝙ detur motus instantaneus: imo
ille aer ⁊ quelibet eius pars que mouebitur successiue
mouebitur: ⁊ inquantum ps aeris erit in illis corporibꝰ
propinquior tanto velocius mouebitur: ideo in infi
nitum intendetur motus illius aeris ſm illud extre
mum: verum Aristoteles ⁊ Auerrois videntur cõsenti/
re prime opinioni: dicebat. n. Auer. in fine cõmenti
presentis. 15 nos in rei veritate nihil tangimus nisi
per mediationem earum.

Auerrois. 115. primo dicit: sed debes itel/
ligere hic per simul: non quia in
eodem tempore patitur mediũ ⁊ sensus a tangibili/
bus ⁊ in illis: duobus tẽporibꝰ. Sensus est: qꝛ affir
matur hic visum nõ simul cum medio pati a visibili:
est dubium: cum. n. ista actio sit carens cõtrarietate oꝫ
esse instantanea: ⁊ ita in instanti eodẽ fit actio in me/
dio: ⁊ sensu: vt ergo Auerrois solueret oẽꝫ ambigui
tatem dixit: ꝙ per simul nõ intelligit simul temporis:
sed priuationẽ ordinis in causa ⁊ causato: qꝛ scilicet
medium non est causa imutationis tactus: vnde aer
exterior non est necessarius in tactu ad multiplican
das species: quoniã si per possibile tolleretur medium
extrinsecum: non minus per intrinsecũ posset spe/
cies multiplicari: nõ sic est de alijs: qꝛ carent medio
intrinseco: mediũ ergo extrinsecũ pro tactione ⁊ gu/
statione pficiendis est necessarium per accidens: quia
si tangibile debet approximari: preexigitur medium
omnino: nõ poterit itaqꝫ species multiplicari in ta/
ctu nisi in medio prius multiplicetur: iccirco appel/
latur causa ſm accidens: qꝛ illa non est necessaria ex
natura sensus: sed quoniã ipsa est necessaria ex natu
ra tãgibilis approximãdi: pro tanto dicitur necesseria
per accidẽs. ¶ Amplius ait: intẽdebat per hoc. idest
simul declarare ꝙ illud nõ est mediũ nisi qd̓ est neces
sarium omni sensui in sentiendo: sed medium quod
huiusmodi est in hoc sensu est caro: ⁊ hoc scilicet me/
dium extrinsecũ si dicet mediũ erit ſm accidẽs: nõ
ꝙ Ari. dubitauit in li: ⁊ nõ cõpleuit: neqꝫ declarauit
nodũ ſm quẽ dicitur ꝙ tangibilia nõ sentiuntur nisi ꝑ
medium extrinsecum. Sensus est: nõ est verum ꝙ Ari
stoteles dubitatiue loquutus fuerit: vt multi arbitran
tur: neqꝫ Aristoteles etiam in hoc sermone fuit val/
de obliuius: sicut dicit Themistius ⁊ alij: dicunt enim
ꝙ nos si cõcesserimꝰ ꝙ tangibilia nõ cõprehenduntur
in aqua ⁊ in aere nisi mediantibus istis. quid possu/
mus dicere in cõprehẽsione qualitatũ tangibilium in
istis duobus medijs ipsis: vnde voluit Themistius
tres sensus per mediũ: non autem medium ipsum al/
terari: infrigidatur autem ⁊ calefit simul caro ⁊ ta/
ctus: verum hec expositio nõ satisfacit exemplo Ari/
stotelis: cum clipeus non sentiat: Auerrois putat in
tribus sensibus mediũ extrinsecũ causam esse imuta
tionis eorum necessariũ ⁊ per se: in tactu autẽ mediũ
extrinsecum est necessariũ per accidẽs: quia nõ ex na
tura sensus: sed ex natura tangibilis approximandi:
ideo ly simul in textu dicebat priuationem ordinis in
causa ⁊ causato: quia medium extrinsecum non est per
se cã imutatiõis tactus: si tñ inueniri dẽat tactio: opꝰ
est vt cõcurrat mediũ extrinsecum. Preterea sentit cõ
mentator tactũ non posse imutari ab aere aut aqua si
fuerint in simplicitate quam debent habere: sꝫ mediã
te aere vel aqua imutatur a qualitatibus corpusculo
rum existentiũ in illis: ⁊ hoc qꝛ locus est similis locato:
aliter nõ cõseruaret. 4. physicorum. 33. aer ẽt ⁊ aqua
continentes animalia si haberent qualitatem ꝯtrariam:

impedirent ꝯprehensionẽ qualitatũ ꝯtrariarꝫ ab ani
malibus: recipiens. n. debet esse denudatũ a natura 188
recepti. Contra: ellementa se inuicẽ locant. 4. physi/
corum. 46. tñ inuicem agunt ⁊ patiuntur. 2. de genera
tione. 24. ergo tactus poterit pati ab ellementis nõ
obstante ꝙ sint animaliũ naturalia loca. Item tactus
percipere põt qualitates intẽsas: ergo ⁊ qualitates
ellementorꝫ existentiũ in sua simplicitate. Quidã di/
cunt ellementa vt loca non posse alterare: sed vt elle
menta. Alij credunt ellementa quatenus media ⁊ vt
loca non sentiri: sed vt receptiua corpusculorꝫ. Con/
tra: ellementa vt loca animalium sunt in simplicitate
quã debent hẽre: ⁊ vt sic habent qualitates in sũmo:
ergo a tactu qui consistit in media pportione quali/
tatum tangibiliũ sentiri possunt. Dico ergo ꝑ aerem
in simplicitate nõ esse intelligendũ aerem naturalis
sime dispositum: qꝛ sic aer est calidus ⁊ humidus in
sũmo: in quo animalia viuere nõ possent: sꝫ intelligo
aerem in potositatibus imbibitũ qui nõ põt alterare
nec alterari remanens in sui simplicitate: ⁊ ita soluũ
tur rationes facte contra Auer. quas Albertus ⁊ san
ctus Thomas putauerũt demõstratiuas. ¶ Postre
mo ad mentem Auer. tenendũ est aquã remanentem
in sui simplicitate intrinsece calefieri non posse. 2. de
anima. 115. ⁊ si calidior iudicatur: hoc ẽ ꝓpter vaporum
calidorum admixtionẽ: vnde ꝓpter vapores ascen/
dentes pars suprema aque calidior apparet: ⁊ fun/
dus vasis frigidissimus existit: ⁊ ita aqua infrigidatur
quia vapores exeunt ⁊ sumptis multis aquis bulliẽ
tibus seruata in exitu vaporꝫ paritate eque citto ifri
gidabuntur. At si quis dicat. Contra: ellemẽta sunt
adseinuicem transmutabilia: sunt corruptibilia: sunt
cõicantia in materia: ergo sunt alterabilia intrĩsece.
Solutio cõis est: vt dicebam ãno superiori. 2. physi/
corꝫ primo: ellementa sunt quidem alterabilia altera
tione generationi copulata: forme. n. substantiales
ellementorum intenduntur ⁊ remittuntur: quẽadmodum
⁊ qualitates prime: quare materia stãs sub forma aq̃
intensissima: recipiens vnum gradũ caloris ꝛ recipit
⁊ vnum gradum forme ignis: ⁊ ita efficitur materia il
la sub duabus formis ellementorꝫ truncatis. Contra
si hec opinio esset vera: sequeretur materiam stantem
sub forma aque intensissima nõ posse suscipẽ formam
ignis intensissimã: nisi prius formam mixti susciperet
imperfecti: materia. n. stans sub formis ellementorũ
truncatis stat necessario sub forma mixti: ꝯstat autem
ex. 2. de generatione. 37. ellementa esse adseinuicem
imediate transmutabilia. Solutio itaqꝫ vera ẽ: non
eque citto inducitur forma ignis sicut caliditas i mã
stante sub forma aque: inuenitur. n. forma aque substã
tialis intensissima cum remissione frigiditatis: quan
do scilicet non est introducta certa determinataqꝫ ca
liditas: approximato nãqꝫ igne aque sũme frigidez
erit verum dicere: nunc nõ est remissa frigiditas: sed
imediate post hoc erit remissa frigiditas: non tamen
erit itroducta caliditas imediate post hoc ꝛ datur. n.
minima caliditas introducenda per primũ ꝙ sic: qñ
f. erit depditus vnus gradus frigoris: ⁊ tũc erit ve/
rum dicere: nũc nõ est iste gradus frigiditatis ⁊ nũc
est minima caliditas introducta: primũ. n. nõ eẽ vni
us gradus frigiditatis est primum esse introductio/
nis minimi caloris: ⁊ sublato vno gradu frigiditatis
⁊ introducta minima caliditate est forma aque remis
sa. absqꝫ forme ignis aduentu: illa minima caliditas
intenditur deinde per partem post ꝑtẽ in infinitũ: ⁊

tandem deueniēdum est ad talem caliditateꝫ ꝙ erit verum dicere: cū ista caliditate nō stat forma aque: sed cum qualibet minori stabat: ⁊ cum predicta caliditate stat ignis ⁊ cū nulla minori: sed cuꝫ qualibet maiori: ⁊ hoc modo primū nō esse forme aque in mā est primū esse forme ignis: aqua ergo calefit ⁊ alteratur intrinsece: ⁊ cum calefit: conuertitur in vaporem ideo per exituꝫ vaporū restituitur aqua pristine frigiditati. in hoc ergo: Auer. differebat ab Auicēna: qꝛ ipse volebat formā elementi remitti: remissa qualitate illius: Aui. aūt formas elementoruꝫ faciebat integras: truncatis: remissisqꝫ qualitatibus.

Circa. 116. Caro est mediuꝫ non organum. quia tangibile posituꝫ supra carnē sentit: sensibile auteꝫ positum supra organuꝫ non sentitur commode ⁊ expedite: vult Commentator sensus vt sensus indigere medio: non vt sensibilia sunt remota a sensibus: sed vt disponuntur p illud mediuꝫ ad esse medium inter esse purū corporale quod habēt in re extra ⁊ esse spirituale in sensu: nunqꝫ. n. natura vadit de opposito ad oppositum nisi per mediuꝫ in contrariis mediatis: veluti sunt esse reale: ⁊ esse in sensu: ⁊ sermo Aristotelis est hec omnia in potentia propinqua. i. imediate inferens quecūqꝫ approbata sunt. Cōtra. 3. tegni. 54. arbitratur plusqꝫ cōmētator sensibile positum supra sensum causare sensationem: qꝛ neruus discopertus dum tangitur: sentit. Et si diceres ꝙ vna pars nerui hꝫ rationē medii: ita diceretur ad rationeꝫ Aristotelis de carne. Dico ergo secus esse de carne. secus de neruo: est. n. caro totaliter discoperta: neruus āt naturaliter ⁊ totaliter coopertus: ideo ⁊c̄. ¶ Rursus: oculo apparēt sentile existētes in oculis senes iudicant maculas nigras existentes in oculis eorum. Tinnitus in auribus percipitur. Amaritudo lingue a lingua. Febricitantes caliditateꝫ ⁊ frigiditateꝫ cognoscunt. Dico in oībus sensationibus mediuꝫ oportere inueniri: at vna pars instrumēti sepe numero supplet rationeꝫ medii: requirunt ergo sensus oēs mediuꝫ necessario ⁊ per se: ⁊ non tantuꝫ per accidens vt credidit Trusian⁹ loco allegato: sensibile. n. se hn̄s p modū obiecti ⁊ medii positū supra sensuꝫ sentitur sm ptem remotaꝫ: nō propinquam.

Circa. 117. Qualitates prime insunt corpi quatenus est generabile: vt excludantur corpora celestia: sunt nāqꝫ mixta corruptibilia sm totum: elementa vero sm ptem non sm totū. 2. de gnātione 97. quare ppositio Aristotelis. 3. ḋ anima. 63. omne corpus est tangibile: est vā de subcelestib⁹: vt Auerrois docet. 3. physicorū. 48. vnde maior est colligantia sensus visus cum tactu: qꝫ obiecti visibilis cum obiecto tangibili: non īmutant. n. sensibilia coīa sensum exteriorē nisi sint cōiuncta sensibili proprio illi⁹ sensus. ¶ Amplius adiungit Auer. ⁊ que sunt ex eis: vt asperū ⁊ duruꝫ: ⁊ alie differētie tangibiles: ⁊ que sunt cōiuncte cum eis: vt graue ⁊ leue: ne quis extimaret tactuꝫ esse vnuꝫ: si. n. qualitates prime forent tātum tangibiles: vnus dūtaxat inueniretur tactus: supra. 108. ¶ Rursus: i calce Cōmēti ait Auerrois: ⁊ opināduꝫ est ꝙ hoc est caro aut nerui. Cōtra: dixit supra ꝙ neruus: hic dubitat: ergo. Dico ꝙ dubitat: non quia ipse dubitet: sed propter opiniones varias: quasi dicat: qualitates prime sunt obiectum tactus: siue organuꝫ sit caro. siue neruus.

Auerrois. 118. primo dicit: sentire. n. qꝛ est aliqua passio sm modū dictuꝫ. i. perfectiua: supra. 57. ⁊ oē patiens habet agēs: ⁊ oē agens agit sibi simile in actu. i. cuilibet potentie passiue correspondet actiua naturalis. 5. methaphy. 17. primo celi. 124. si nāqꝫ in natura nō detur agens potens generare celum: ergo non ē generabile: impossibile est. n. ymaginari aliquid possibile respectu patientis ⁊ non respectu agentis. Amplius ait: ⁊ intelligo ꝙ sensus tactus impossibile ē vt careat simpliciter calido ⁊ frigido ⁊ sicco ⁊ humido: ⁊ ideo iste sensus comprehendit sua sensibilia sm totū: sensus aūt tactus comprehendit extrema. Cōtra: ergo aliquid esset sensibile non sensatum: patet de illo medio. Solutio est: nullus sensus tactus percipit oē tangibile: at oē tangibile sentitur aliquo sensu tactus: nam in complexione illa media ē latitudo: ⁊ sensus vnius cōplexionis percipit alterius complexionē: nullus tamen vnus tactus omnem percipit qualitatē tangibilem: licet omnis qualitas ab aliquo percipiatur. Rursus inquit: sensus tactus distinguit ⁊ comprehendit sensibilia: quia est medium: mediuꝫ. n. distinguit: qꝛ recipit vtrunqꝫ extremum ⁊ assimilatur ei ⁊ efficitur cuꝫ eo idem. Contra Aristoteles in predicamento quantitatis putat absurdissimum fore fateri duo cōtraria enuntiari de eodem ⁊ respectu eiusdē: ⁊ respectu diuersorum: ergo pallidū nō poterit vocari albū ⁊ nigrum. Solutio est: duo contraria sm perfectā rōnem contrarietatis de eodē minime affirmari possunt: at contraria sm impfectā rōnē ꝯtrarietatis nihil prohibet de eodem verificari.

Preterea aduertendū nullum post modicū tempus sentire caliditatē balnei aut frigiditateꝫ aque: qꝛ caliditas balnei ⁊ frigiditas aque sūt tactui conāles: eque aūt calida nō sentim⁹ aut frigida. Iterū hō nō sentit caliditatem cordis: ⁊ frigiditatem cerebri: quia forte illa homini sunt connaturalia. Item similis caliditas in neruo ꝓhibet representationem: ⁊ sm multos ꝓductionē speciei a simili qualitate: ⁊ si spēs ꝓducantur a qualitate simili: nō producitur tn̄ opatio tactiua: qꝛ requiruntur spēs cuꝫ dissimilitudine obiecti: ⁊ n̄ assuefactione eiusdeꝫ: cōcludo itaqꝫ duos esse sensus tactus quos medio intrinseco ⁊ extrinseco tenēt Ari. ⁊ Auer. indigē respectu cuiusēūqꝫ tangibilis.

Circa. 119. quia nullum membrū ꝯsequutū erat medietatem dignius qꝫ caro: ideo antiq fecerunt carnē instrumentū tactus: tamen neruus vicinus ē carni in temperamēto: vt deseruit tactui percipiēti qualitates primas: vt erat motiuus fuit non ita temperatus: sicut existebat caro.

Circa. 120. Tactus est tangibilis ⁊ intangibilis quē homo habet certissimū ꝓpter equalitatem complexiōis: ⁊ bonus tactus subtiliter cognoscit causas sensibiliū: ideo vera delectatio ⁊ dolor in tactu existūt: alioꝝ sensuū ē potius quedam complacentia nō voluptas: ꝓpositiones itaqꝫ p̄senti pte patefacte. scitu ⁊ memoratu digne tales iterū reassumantur. Prima est: sensus tactus ē virtus diffusa p oēm carnem ⁊ cutim per quē quidem apprehēduntur qualitates prime: ⁊ grauitas ⁊ leuitas. Secunda ē. Duo sunt sensus tactus: cum sint duo modi imutandi tactum: alteratione scilicet ⁊ motu locali. Tertia ē. Caro est medium: neruus vero instrumentū sensus tactus. Quarta est: qualitates prime sunt obiectū vni⁹ virtutis tactiue: graue vō ⁊ leue alteri⁹: hec igitur sunt q̄ de singulis sensib⁹ gnālr ⁊ breuiter execuu sum⁹.

In vno quoqꝫ

Tex. Cõmen. 121. vsq ad. 128.

In vnoquoq. Presenti parte que est a Textu cõmenti. 121. vsq ad. 128. tractans Aristoteles de sensu vniuersaliter inducit has propositiones: sensus omnis formas et species haurit citra materiã. Quãuis sensus et primũ sensoriũ subiecto nõ distent tamen diuersa sensorio et sensui essentia est. Exupantia sensibilis pnitiẽ affert sensorio et sensui. A tangibilibus sepe patitur id quod virtutẽ nõ habet tactiuam: at a ceteris proprijs sensibilibus quod est non cõprehendens minime pati potest.

Circa. 121. In primis ꝯsiderãda est hec ꝯñtiat cera recipit eodẽ modo figurã: siue sigillus fuerit ferri: siue argẽti ergo sine materia: colligit hoc fundamento: forma alia et alia aliam et aliam exigit dispositionem. 2. de anima. 26. 7. physicorũ. 29. 12. methaphysice. 22. iccirco si sm esse reale sigilli cera susciperet: nõ eodem modo reciperet figuram ab annulo ferreo et argẽteo: quoniam alia est dispositio pro forma ferri: alia pro forma argenti. ¶ Amplius ait: si reciperet sensus formas cũ mã: tunc idẽ eẽ haberent in aia et extra animaz et ideo in anima sunt intentiões et cõprehẽsiões: et ex aiam nõ sunt intentiones: neq cõprehensiones: sed res materiales nõ cõprehẽse omnino sm. i. esse mãle: et paulopost subdit: et non patitur sensus ab eo sm ꝙ est color aut son⁹. i. sm esse reale: quoniã si ita esset: cõtingeret ꝙ cum reciperet ipsum esset color aut sonus nõ intẽtio: intentio eniz coloris alia est a colore. sensus est: nanuitas formarũ intentionaliũ inuenitur sine propria peculiariq materia: et absq cõtrarietate materie: necnon et sine distractiõe et impedimẽto materie: at forme in esse reali in propria materia et cũ cõtrarietate et impedimento nascunt: esse itaq forme in anima vocat cognitio: esse vero eiusdẽ in re nõ comprehẽsio nominatur. ¶ Rursus ait Auerrois: dixit sm ꝙ est in hac dispositione et intentiõe obseruando se ab intentionibus quas recipit intellect⁹: ille. n. sunt vniuersales: iste autẽ sunt particulares. Sensus est: intentio vniuersalis est in intellectu: particularis in sensu: illa cõprehensio vniuersalis dicitur et scientia: hec cõprehensio particularis et imago: primo methaphysice. 27. vnde esse sensibiliũ in obiecto et materia nõ est eẽ sensibiliũ in medio et sensu: quia vel sensus non sentirent: vel obiecta pciperent supra. 61. et. 3. de anima. 6. forme sensibiles alio modo materiã: alio modo sensus denominant: illam sm esse reale: hos sm esse spirituale: et cum sensatio et intellectio sint re ipsa forma sensata et intellecta affirmo iterũ eandẽ numero formaz realiter sm diuersa eẽ in re: sensu et intellectu reperiri: colligitur et illa eẽ spiritualia nullatenus dici posse entia realia formaliter: verũ ponẽtes sensationem et intellectionẽ realiter ab obiectis differre illa eẽ entia realia formaliter affirmare tenẽtur: est itaq omnis sensus susceptiuus specierũ sine mã. Cõtra: singulare est a materia: sensus est singularium: ergo erit eorum que sunt cum materia. Dico formaz singularem sm esse reale esse a materia: in sensu vero est cõprehensio obiecti cum hic et nunc: ceterisq conditionibus indiuiduãtibus. Item: forma que nõ est in materia est vniuersalis: ergo albedo in visu erit vniuersalis. Dico formas nõ esse vniuersales actu nisi in intellectu qui est vniuersalis p essentiam: in materia sunt vniuersales remotissime: in sensib⁹ propinque: et hec omnia hic approbata confirmauit Themistius suis elegantissimis verbis dicens: sed qd diximus sepe et sepe dicemus: species rerum et ratio concipitur: quo fit: aut passio hec nõ in cõuersionem: mutationemue sed in cognitionẽ et iudicium desinat: nulla. n. materia de forma sibi accidente herenteq iudicium fere põt: ꝗ materia suopte ingenio insipiens: bruta irrationabilisq est.

Sentẽtia. 122. Sensus sedem in primo sentiendi instrumẽto hʒ: nã sensus nihil aliud est ꝗ̃ facultas et forma primi sensorij: et lʒ sensus et sensoriũ subiecto non distent: tñ sensorio et sensui diuersa est ratio: nam sensoriũ magnitudo est atq corpus: sensus vero forma et ratio corporis. ¶ Auerrois dicit: et qd recipit istam virtutẽ que ẽ intentio abstracta a materia. i. nõ recepta cũ materia: et cum ꝯtrarietate et impedimento materie: est primũ sentiens: et cum receperit eam efficiet idem. i. ꝯsimile obiecto: vnde virtus sensitiua põt vocari intentio abstracta a materia: quatenus recipit intentionẽ abstractam a materia: sed in numero differunt primum sentiens et virtus in eo recepta que est intẽtio abstracta a materia: illud. n. qd sentit ẽ aliquid corporis et non sentit qd est corpus. i. non corporaliter recipit: neq sensus est corpus: sed intentio et potẽtia illius corporis qd est primũ sentiens: dicitur nãq sensus intentio: quia mediante sensu anima tẽdit i obiectũ.

Circa. 123. et. 124. Excellẽs sensibile perimit sensum: ppter alterationẽ realem alteratiõi spirituali copulatam: et quia intellectus tantũ spiritualiter imutatur: ideo nõ corrumpit: ꝗnimo magis pficitur ab excellenti intelligibili: et cum plante non ita patiantur vt formaz et rationẽ solam accipiãt: nec n. ea natura fructices sunt: vt species qualitatũ materia abiunctas. i. nuda et mera simulachra earũ concipere possint: non habuerunt plante aliquod sentiendi instrumentum: sed virtus vegetatiua tantũ illis concessa fuit.

Obseruandum est et multum vtiliter: albedinem in re habẽ partem extra partem et totam esse in tota superficie: et partem in parte: in medio vero et organo existit tota albedo in toto aere et tota i qualibet parte: ad hũc sensum ꝙ similitudo cuiuslibet partis albedinis est in qualibet parte aeris potente suscipere similitudinem: intellectus autem sunt toti in toto et toti in qualibet parte seruata semper eorum vnitate numerali.

Sententia. 125. Nihil videtur pati a sensibili nisi sensus: hac ratione: sensus diffiniuntur per sensibilia: ergo sensibilia non agunt in alias potentias: ꝗ potentia diffiniri habet suo actu: et cum sensibile sua actione determinetur ad sensum nõ infert passionẽ nisi sensui. Auer. in cõmento ait: hoc indiget magna inquisitione: ipse. n. quasi opinatur ꝙ sensuum quidam sunt in capitulo relationis: et quidaz sunt in capitulo actionis et passiõis per se: et accidit eis relatio. Sẽsus est: quidã sensus sunt in capitulo relationis. i. dicũtur ad conuertẽtiã cum suo sensibili: quia scilicet sensibile nõ agit aliam actionem nisi illam a qua sensus patitur: nec sensus alia passione patitur ꝗ̃ sensibile agat: tales sunt: visus: auditus: odoratus: at quidam sensus sunt in capitulo actionis et passiõis per se: et accidit eis relatio i. cõuertibilitas ꝯccidit eis sm suam actionem spiri-

tualem . tangibile tamen vt agit spiritualiter cõuertitur cum tactu.

Sententia. 126. Neq̃ color neq̃ son⁹: neq̃ odor in corporibus q̃cq̃ agunt sed ea nimirum in quibus sunt ipsa: aer. n. qui est cum tonitruo scindit lignum: at tangibilia ⁊ sapores agũt si. n. non agerent: a quo inanimata paterentur atq̃ alterarentur? ¶ Auerrois dicit: s̃ sonus est intentio q̃ nõ inuenitur nisi in audiente: ⁊ quasi est in capitulo ad aliquid: nõ in qualitate: ⁊ similiter odor apud ipsum est s̃m q̃ exposuimus. Sensus est: sonus est intentio ⁊ quasi ad aliquid: q̃ qualitates de prima specie sunt magis relationes q̃ qualitates. 7. physicorum. 20. est dignius vt comprehẽsio existimetur esse de capitulo ad aliquid q̃ de qualitate: primo methaphysice. 28. species sunt relatiue: est autem species forma vt h̃z esse in intellectu. 7. methaphysice. 48. vniuersale est ĩ capitulo ad aliquid: sed intentio forme in itellectu est vniuersalis actu: ⁊ dicebat Albertus magnus. 7. physicoꝝ. 20. sciẽs s̃m scientiã quã adeptus est maxime dicit̃ ad aliquid: licet. n. sit species quedã qualitatis scientia s̃m q̃ est in anima vt in subiecto: ⁊ animam denominet s̃m q̃ dicitur sciẽs vel prudens: tñ s̃m q̃ est in se vel s̃m suam generationem qua generatur in anima maxime est ad aliquid. ¶ Rursus inquit: sed tangibilia ⁊ sapores magis sunt in capitulo d̃ agere ⁊ pati q̃ in capitulo relationis. i. tangibilia ⁊ sapores agunt nõ solum in tactum ⁊ gustum: verũ ab illis inanimata alterant̃. ¶ Iterũ dit: iste actiones vtrum sint saporis aut sint de sapore quasi motus aeris de sono indiget cõsideratione: s̃ accepit hic q̃ sapor est modus tangibilis: cũ sit similis ei. Sensus est: sapor est modus tãgibilis: q̃ quo ad imutationem debet esse cõiunctus humori: nõ sic est de odore: sapor quoq̃ exigit corpus pro sui imutandẽ: nõ odor: supra. 101. vñ qualitates prime sunt ordinate in cõuersionem ⁊ mutationem: alia sensibilia ordinant̃ in cognitionẽ: ⁊ hec oĩa insinuauit Themistius dicens: nam vestes salsugine: aut aspergine aliasitum aut aliud vitiũ cõtrahunt: non sapor id tamẽ gustabilis facit: sed tanq̃ ea qualitas que nãm corrumpendi putrefaciendiq̃ habeat.

Sententia. 127. Ea que a sono: odore: colore q̃ pati pñt aut sunt sensus aut sunt corpora que terminis vacant ⁊ nõ manent: vt aer: olet enim ipse tamẽ aliqd passus: olfacere quoq̃ sentire est: at aer passus citto sensibilis fit. ¶ Auerrois dicit: aer. n. nõ patitur ab eis nisi quia ẽ ventus ⁊ ventus est corpus non determinatũ neq̃ fixum: corpora. n. que patiunt̃ a tangibilib⁹ sunt determiata ⁊ fixa: idest a colore: sono ⁊ odore ⁊ sensus ⁊ media patiunt̃ quatenus ordinant̃ ad sensationem producẽdam: at a tangibilibus patiunt̃ corpora determinata ⁊ fixa. i. nõ quaten⁹ ordinant̃ in cognitionem. ¶ Item ait: dicemus ei q̃ cum aer patiatur velociter a sensibili efficitur p̃ hanc passionem sensatum illi sensui: sensus aũt fit per hanc passionem sentiens nõ sensibile. Sensus est: colligit hec sequella: hoc recipit nõ spiritualiter ergo nõ cognoscit: nõ tamẽ valet: recipit spiritualiter ergo cognoscit propter scilicet medium quod est dispositio ad cognoscendum: sensus aũt ideo cõprehendit q̃ suscipit spiritualiter ⁊ non tamẽ dispositio.

Est itaq̃ animaduertendũ sensibilia ĩ tres sensus nõ existere in medio nisi s̃m potentiã ⁊ viam ⁊ transitũ: color in medio habet esse potentiale: ĩ obiecto ⁊ sensu actuale sonus in aere habet esse actuale vt aer ẽ materia soni quatenus vero ẽ medium ibi h̃z esse potentiale. Gustus aũt ⁊ tactus habent quidem sensibilia que sunt actu in obiecto: medio ⁊ organo: nihil itaq̃ spiritualiter alteratur nisi anima: vel media vt ordinant̃ in cognitionem: possunt nãq̃ sensibilia agere naturaliter actione medij ⁊ actiõe materie. Color ⁊ odor in aere nunq̃ agunt actione materie: sonus in aere ⁊ actione medij ⁊ materie ẽ potẽs agẽ: in sensum tamen actione medij tantum: qualitates prime in tactum vtraq̃ actione agere possunt: hec sunt que de sensu vniuersaliter vobis exponẽda proposueram.

¶ Tex. Cõmẽ. 128. vsq̃ ad. 136.

Quoniam. Quia modus mouendi sensum similis erat modo mouendi intellectum. 3. de aĩa. 3. ideo anteq̃ de intellectu differeretur prius de modo imutandi sensus interiores ptractandum fuit q̃ de intellectu: ⁊ ne quis existimare potuisset Aristo. positurũ sensus exteriores alios a dictis: introducit̃ presens pars que ẽ a Textu Cõmenti. 128. vsq̃ ad. 136 qua varijs rationibus declaratur non posse inueniri animal habẽs sextũ sensum. Themistius ⁊ sanctus Thomas initiũ hic cõstituunt tertij de anima: hoc fundamento: volens Aristoteles concludere intellectũ non esse sensum: cum palam existeret eum non esse visum: auditũ: olfatũ: gustum ⁊ tactum: incepit inquirere. nunquid in parte sensitiua reperiatur aliqua potentia cognoscitiua alia a predeclaratis: Albertus ⁊ Egidius auspicant̃ tertiũ de aĩa. 2. de aĩa. 150. Uerũtamen aduertendũ ẽ: tractare discrimen inter intellectũ ⁊ sensum preuiũ est ad tractatum de intellectu: antiqui. n. crediderũt sensum eẽ intellectum: quia ambo iudicabant ⁊ discernebant: subijciebantur q̃ celo. At veritas Peripatetica ẽ: intellectus humanus quo ad esse in sorte pendet a celo: nõ tamen simpliciter ⁊ absolute: nõ est. n. subiect⁹ potestati materie: neq̃ agentis absolute: s̃ agentis circa instrumẽtũ: veluti ⁊ materia prima quo ad suũ esse in potentia non dependet a celo: sed quo ad esse actuale que habet a formis: ⁊ hac ratione dicit̃ celũ causa generationis ⁊ conseruationis hoĩs: quia est causa preparationis ⁊ dispositionis materie stantis sub intellectu. Est item homo subiectus celo quo ad sanitatem ⁊ egritudinẽ ⁊ operationes sensitiuas: intellectio ⁊ volitio subiciunt̃ celo ĩdirecte p̃p colligãtiam intellectus cum viribus sensitiuis: homines. n. nobilioris complexionis sunt ⁊ nobilioris mentis ⁊ intellectus.

Sententia. 128. Sensum nullum alium esse preter q̃nq̃ enumeratos vnusquisq̃ credere põt: q̃ si sensus nobis defitiat aliquis ⁊ instrumẽtũ necesse est illius nobis deesse. ¶ Auerrois dicit: manifestũ est per se q̃ oẽs qualitates tangibiles s̃m q̃ sunt tãgibiles sunt sensibiles a nobis ⁊ comprehense per tactum: ⁊ similiter est de qualitatibus visibilib⁹: audibilib⁹ ⁊ olfatiuis. Sẽsus ẽ: quicunq̃ habet aliquem sensum est perceptiuus cuiuslibet qualitatis pceptibilis per illum sensum. Contra: ab odoratu humano multi odores pcipi nõ possunt: ergo. Dico hominem per se perceptiuum esse cuiuslibet odoris: per accidens tamen stat odoratum

fortis

fortis nec percipere: nec posse ꝑcipere multos odores: vñ sensus oēs sua sensibilia fm aliquez graduz. sentire possunt: ⁊ si nō fm omnem gradum. ¶ Amplius: hec propositio: si alicui deficit sensus: eidē deficit organum: vera est hoc fundamento: q2 sensus ⁊ organū ordinanf vt forma ⁊ ꝓpria materia: ⁊ est vera propositio: si deficiat a tota specie: ex his itaqz ꝓpositionibus format Cōmentator rōnem istam: in nobis nō sunt plures q̄z quinqz sensus ⁊ quinqz organa ⁊ sumus perfectissimi: ergo. ¶ Preterea Themistius enumerat tactus ex vario modo imutādi: ⁊ vult Aristotelem querere: an qualitas aliqua corporū habeatur que a nobis cōprehendi nō possit. ¶ Iterum aduertenduz intellectū humanuz indigere sensibus interioribus ⁊ hos exterioribus deficiente. n. sensu exteriori deficit noticia illius sensibilis quo ad simplicem intentionem.

Sententia. 129. Omnis sensus p medium senti: mediū autem aut cōiunctum aut seiunctū esse oportet: at nos habemus vtrūqz: ⁊ id inquā qd est coniunctum quo ⁊ gustabilia ⁊ tangibilia percipimus: ⁊ id etiā per qd eminus non tangētes sentimus: ⁊ ē aer ⁊ aqua: ⁊ si sensibilia plura genere diuersa p vnum mediū sentiant: opus est vt habens organū cōforme illi medio vel cōformia cōprehēdat illa plura sensibilia p illud organuz: at si vnum idemqz per plura media sentiatur: vt color p aerem ⁊ aquam: hec. n. vtraqz perspicua sunt: is qui alterum tamuz habet ipsorum: sentiet nimiruz id qd p vtrūqz senari potest.

Auerrois. p dic: si dfic sensus dficit sentiēs i. organū. Sensus ē: sensus: sentiens: sensibile cōuertunf: itaq3 deficiente vno deficit ⁊ alteruz. Item ait: causa data in demonstrationibus quarum vna est accepta a medijs: alia ab instrumentis est materialis. i. a posteriori: cā accepta a sensibilibus est finalis: q2 obiectuz sub esse reali non est finis potentie: sed sub esse cognito existit finis: quia potētia a natura instituta est vt cōprehēdat obiectū: ⁊ ratio cōmēti sic ordināda est: tot sunt sensus: quot genera mediorꝫ: genera mediorū sunt dūtaxat quinque: qm̄ medium aut est intrinsecuz per se: ⁊ ita habētur duo sensus: aut est aer ⁊ aqua: ⁊ reperiunf tres sensus: ⁊ quatenus hec media deseruiūt varijs sensibus diuersimode cōsiderātur: aer vt dyaphanus est mediuz in colore: vt rarefactibilis ⁊ cōdensabilis in sono. ¶ Rursus inquit: omne qd sentit animal: aut sentit ipsum per contactum: aut mediante corpore extraneo ⁊ omne qd sentimus per cōtractuz: aut sentimus ipsum mediāte carne: aut p ipsam carnē si fuerit instrumentū. Sensus est: sentimus per organum mediante medio. Contra: supra. 115. omnes sensus ope egent medij extrinseci. Solutio est: oēs qdem sensus indigent medio extrinseco vel p se: vt visus: auditus ⁊ odoratus: vel p accidēs: vt gustus ⁊ tactus: cōcludit ergo Auerrois in fine Cōmenti: intēdebat per hoc q̄ animal qd est in aqua dz habere virtutes sensus fm numerū virtutum sensus animalis quod est in aere: ⁊ animalis qd sentit i aqua ⁊ aere. ¶ Amplius hec propositio: si plura sensibilia genere diuersa vt color ⁊ sonus ꝑcipiunf per idem mediū vt per aerem habēs organū ꝯforme illi medio cōprehēdet illa plura sensibilia per illud organū: videf falsa: q2 per aerem dignoscūtur color ⁊ sonus ⁊ organū auditus cōforme existit aeri nihilominus per organū auditus nō possumus percipere colorē ⁊ sonum. Sed sonū tantū. Solutio est: mediante aere eodē mō cōsiderato nō percipif color ⁊ sonus: si ergo plura sensibilia genere diuersa per idem medium eodem mō consideratum perciperentur habens organum conforme illi medio comprehenderet illa plura sensibilia per illud organum.

Sentētia. 130. Cum ex aere aut aqua tantū instrumenta sint: etenim pupilla ex aqua: auditus ex aere: odoratus ex horꝫ altero cōstat: ignis aut nullius est instrumenti: aut cōis oiuz: quippe cum sine caliditate nihil sit sensitiuū: terra ēt aut nullius est instrumenti aut in tactu maxime commixta: ergo nullum sensus instrumentū esse poterit preter aerem aut aquam.

Auerrois. primo dicit: ⁊ tertium ē qd fit ex vtroqz: scilicet olfatus: ob aialia ⁊ in aere ⁊ in aqua habitantia: locutus ē aūt Cōmentator de ellemento qd certo: determinatoqz organo appropriatur: ideo ignis omnibus organis fuit concessus tanq̄z cōcausa operationū ab aia progredientium: respectus igitur sensus ad aliquid ꝑter ignem i. ad instrumentū ē sicut proportio alicuius ad materiam: ⁊ proportio eius ad ignem est sicut ꝓportio alicuius ad suam formam. Itē ait: terra nō videf seruire sensibilibus aliquo modo ob eius siccitatē ⁊ densitatem: aut si attribuitur. attribuif carni: q2 istud medium aut istud instrumentū indiget constitutione ⁊ confirmande: quapropter dominaf in eo. i. terra nō attribuitur alicui propter sensum: sed ꝓpter fixionē membri. Amplius format Auerrois hanc consequentiam. Datur sextus sensus ergo ⁊ quintū ellementū qm̄ ille nō posset cōstare ex aere ⁊ aqua: ⁊ nō ex terra: nec ex igne: ergo.

Est obseruandū: organū visus ē de natura aque: in de sensu ⁊ sensato: quia ipa cōmodius fuat figuram ⁊ quātitatē oculi: actum lucis: species receptas que transeunt per aerem: cū munus oculi sit suscipere ⁊ tenere aliquantulū: ⁊ ita in ipo dominabif aqua. Amplius organum auditus ē de natura aeris vt recipit sonum: ⁊ tale organū est situatū versus cerebrum: qd comparatiue est frigidū: tamen in se est calidius aere naturaliter disposito: nō quantū ad intensionem gradus: sed quantum ad sensibilitatē que est ratione densitatis materie: ⁊ quia aer erat male seruatiuus: institute fuerunt tortuositates ⁊ concauitates: vt aer motus ꝯseruaretf: que cōmode in oculo fieri non potuerunt. Rursus organū odoratus ē de natura aeris vel aque actu: potentia ē d nā ignis: vt Aristoteles docet in de sensu ⁊ sensato. Organa gustus ⁊ tactus existūt de natura terre in respectu aliorum organorum: absolute tamen in mēbris viuētiuz dominatur calidū supra frigidū ⁊ humiduz sup̄ siccū.

Sententia. 131. ⁊. 132. Si sensus sextus eēt oporteret vt inueniref in hoie qui ē ꝯpletissimum animaliū: supra. 32. eēt. n. necessario ꝓpter melius ⁊ ad ornamentū: ⁊ naturā sollicitā esse in tribuendo sensus animalibus non infert naturam cognoscere animalia: quēadmodū neqz Deum habere sollicitudinem colligit ipum aliquid extra se dignoscere: si quid esset sensibile aliud a pdictis: sensus haberetur ab aliquo animali: at hō ē animal ꝯsumatissimum: ergo.

Sentētia. 133. Sensus nō percipiūt sensibilia ꝯmunia nisi quatenus ꝓprijs

copulantur: sed sensibilia propria ab vno quinque
sensu capiuntur: ergo. ¶ Auerrois dicit primo: ipos
sibile est aliud sentiẽs esse a quinqȝ sensibus: itaq; sen
sibile eius sit aliquod vnum sensibiliũ cõmunium
sub quibus sunt sensibilia propria vnicuiqȝ sensuũ
qnqȝ nisi sensibilia essent cõmunia vnicuiqȝ sensuũ
accidentaliter: ⁊ dicit hoc: quia si essent eis acciden
taliter: ↄtingeret vt essent alicui sensui essentialiter
quod .n. inuenitur alicui accidentaliter debet inueni
ri alij essentialiter. Sensus est: si daretur sextus sen
sus propter sensibilia cõia: sequitur illa percipi a qn
qȝ sensibus per accidens: sensibilia autem cõmunia
sentiuntur mediãte sensibili proprio ⁊ mediante illa
motione ⁊ passione ergo per se. Et si quis ambigat:
substantia sentitur p accidẽs ab aliquo sensu ⁊ a nul
lo per se. Dico Cõmentatorẽ arbitrari substantiam
sentiri per se a cogitatiua hominis. Item hec propo
sitio: quod inuenitur alicui accidentaliter: debet iue
niri alij essentialiter: habetur primo celi. 14. natura
le enim in aliqua specie necessarium est vt sit prius
accidente: ⁊ impossibile est vt posterius sit sine priori
⁊ ꝙ aliquod sit accidentaliter ⁊ nunq̃ essentialiter:
⁊. 3. celi. 28. omne quod violẽter mouetur habet mo
tum naturalẽ: ⁊ huic propositioni nõ aduersatur id
quod scribitur. 2. physicoꝝ. 48. illud nãqȝ quod con
tingens existit respectu vnius ⁊ corruptibile nõ po
test esse necessarium respectu alterius ⁊ eternuȝ red
di ab alio: ⁊ dixerunt moderni ꝙ id quod est respe
ctu vnius per accidens nõ potest esse necessariuȝ re
spectu alterius eiusdem ordinis ⁊ nature: sed respe
ctu diuersoruȝ illud nõ incõuenit. ¶ Amplius ait:
figura est quãtitas cum aliqua qualitate. i. figura est
qualitas que est terminatio quãtitatis: qua de causa
nõ imerito a mathematico considerari potuit: ⁊. 7.
physicorum. 15. dicebat Auerrois: existimatum est
alterationẽ esse in figuris que sunt in genere qualita
tis que est in quãtitate sȝ ꝙ est quãtitas. ¶ Rursus
inquit: comprehẽsio quietis est per comprehensionẽ
priuationis motus: cũ enim cõprehenderint motuȝ
essentialiter: comprehendũt priuationem eius essen
tialiter: scilicet quietẽ: comprehensio vero numeri ⁊
multitudinis a sensibus est per comprehensionẽ pri
uationis cõtinui quod est magnitudo ⁊ iam declara
tum est ꝙ cõtinuuȝ comprehenditur essentialiter er
go ⁊ sua priuatio comprehẽditur essentialiter. Sen
sus est: cõparando sensibile ad sensum: priuatio co
gnoscatur p se: si ad sensibile: per accidens: ⁊ ita tollũ
tur ambiguitates in dictis Auer. ⁊ dicebaȝ supra
65. sensibile cõe id est qd̃ ẽm suam naturam ẽ cõmũ
etum sensibilibus ppriis necessitate propinqua aut
remota: imutatiuũ sensus vt sensus: ⁊ sunt ista qnqȝ
sensibilia cõmunia fundamenta propriorum sensibi
lium: color in magnitudine subiectatur ⁊ figura: so
nus in motu: odor ⁊ qualitas tangibilis in magnitu
dine mota vel quiescente: ⁊ quies quatenus est ter
minus motus localis q situs est vel locus est sensibi
le cõmune: vnitas etiam ad magnitudinem reducit
⁊ dato ẽt ꝙ quies essȝ priuatio: posset sentiri per se:
ↄparãdo sensibile ad sensuȝ: at i relatiõe ad sensibile
sepenũero dr̃ ꝙ ꝑuatio dignoscit p accidẽs. Itẽȝ nu
merus vt numerus sensibile est cõe ergo rõ numeri
nõ dependebit ab intellectu ⁊ re seiungeř a reb⁹ nu
meratis: qȝ aliter nõ poneret in numeruȝ contra ma
gnitudinem ⁊ substantiam: errat ẽt sensus sepe circa
magnitudinẽ ⁊ nõ circa numerum.

Sententia. cẽtesimi trigesimiquarti. Qua
re pȝ fieri ñ posse: vt ↄmuniuȝ
cuiusqȝ sit proprius sensus: si .n. esset: perinde tunc
fieret: atqȝ nunc visu dulce sentimus: qd̃ qdeȝ ꝓpte
rea fit: qd̃ vtrorũqȝ sensum habemus: quo cũ cõcur
runt agnoscimus: qd̃ si ita nõ esset: nullo alio modo
nisi per accidens sentiremus: quo pacto filium senti
mus cleonis: nõ .n. cleonis filiũ: sed album sentim⁹:
huic aũt accidit vt filius sit cleonis: at cõium habe
mus iam sensuȝ cõem nõ per accidens sane: nullus
igitur ipsorum ẽ sensus proprius: nullo enim senti
remus modo nisi eo quo diximus filium videre so
cratis: propria autem sensibilia sensus ipsi p accidẽs
alter alterius sentiunt: nõ hoc sane: quo ipsi sunt: sȝ
quo vnus: ceu simul in eodem sensus efficitur: ergo
si sensibile cõe haberet propriũ peculiarẽqȝ sensuȝ:
non existeret sensibile ab alio sensu nisi veluti dulce
vel sophronici filius. Sẽsus namqȝ exteriores non
percipiunt sensibilia alioꝝ sensuũ nisi quatenus con
currunt in vnum subiectiue.

Auerrois Primo dicit: iudicare aũt p visum
istum esse filium sortis accidit:
quia in alio tempore fuit coniuncta cum visu alia vir
tus a virtute visus: virtus .n. qua cõprehẽdim⁹ istũ
esse socratem aut filiuȝ socratis superior est ad virtu
tem sensus: ⁊ ideo iste modus videtur magis accidẽ
talis q̃ȝ primus vnde simpliciter dixit ipuȝ esse acci
dentalem ⁊ non primum. Sensus est: duo sunt modi
sentiendi per accidens: vnus quando sentimus dul
ce visu: alius quando sentimus substantiã: in primo
fit coniunctio sensus exterioris cũ exteriori: in secun
do sensus exterioris cum cogitatiua: ⁊ est secundus
modus magis accidentalis primo: dicũtur autem in
textu sensibilia cõia sentiri non per accidens a sensu
cõi: quia sentiũtur a pluribus sensibus per se: vnde
substantia particularis per se comprehendiř a virtu
te cogitatiua: cum quo stat: substantiam non percipi
a sensu inquãtum sensus: ⁊ dicebam supra. 64. perci
pi ab aliquibus sensibus facit sensibile per accidens
particularizando sensum ex parte subiecti non auteȝ
particularizando ex modo imutandi: substantia enĩȝ
particularis percipitur per accidẽs: quia a sensu ho
minis tantum: figura ⁊ quantitas a visu ⁊ tactu oiuȝ
animaliũ. ¶ Amplius ait: quãdo duo sensus fuerint
coniuncti ad iudicandũ supra eandẽ rem: ipam eẽ eã
dem: illud iudicium est vtriusqȝ sensus non alterius
sensus ab eis: sicut existimare põt aliquis: sed si dicit
vnus: ex hoc modo dicuntur accidentaliter. Sẽsus
est: iudiciuȝ de pluribus sensibilibus propriis ẽ plu
rium sensuum per se: vnius per accidens: ⁊ infra con
cludetur vnitas sensus cõis: quia vnitas suppositi si
ne vnitate potentie non idonea existit ad ponenduȝ
differentiam ⁊ conuenientiam per se inter aliqua ob
iecta: ⁊ dicebam ãno superiori prohemio primi phy
sicoꝝ: vnitas suppositi non sufficit: cum actus poten
tiarum sint subiecto distincti ⁊ separati: actib⁹ auteȝ
subiecto non seiũctis põt eadeȝ potentia inter varia
obiecta ↄsensuȝ: pugnãtiãqȝ inuenire.

Contra conclusionem hic approbatam solent
induci iste difficultates: i primis: sen
sus cõis ẽ proprius alicuius sensibilis ⁊ nõ nisi sen
sibilis cõis: ergo. Iteȝ sensus exterior ⁊ intellectus
habent obiectum adequatũ ergõ ⁊ sensus cõis. Ite
rum: sensibile cõe sentitur per se non primo a sensu
exteriori: ergo per se primo ab alio sensu. Solutio ẽ.

Dico

Dico prīo: sensibilia cōia nullū sensuz exteriorē: nec interiorem īmutare posse nisi mediantibus sensibilibus ppriis. Dico secūdo: oia sensibilia ppria vi cōcurrunt in vnā rōnem vlem obiectū fore sensus cōmunis. Dico tertio: non oportere sensatuz ab aliquo sensu per se non primo sentiri per se primo ab aliq: vnde quia esse sensibile competit sensibilibus cōibus ratiōe propriorū: ideo a quouis sensu per se nō primo percipiuntur.

Sentētia. 135. Inquirit causa: cur sensibilia cōia a pluribus sensibus debeant sentiri: ⁊ nō ab vno tm̄: qr si sic: color: quātitas: figura iudicarent idē realr: ⁊ colligit palā quātitatē ⁊ figurā reipsa seiūgi cōtra noiales: ⁊ nō querit vt pop time Auerro. docet: quare sensus sint plures vno: cā n. formalis in hoc manifesta est. s. multitudo sensibilium: qr per obiecta sensibilia ſm esse intētiōalia informant sensus: ⁊ cā finalis est pscrutāda post in. 3. ð aia: est. n. sensuū cā finalis duplex: prima ē apphensio cōuenientis ⁊ discōuenientis: secunda ē acqsitio doctrine respectu hois. ¶ Cōtra solutionē dubitationis arguitur: quia a pari dicam q̄ debuissz natura facere quātitatē ⁊ figuram percipi ab omnibus sensibꝰ nō tm̄ a visu ⁊ tactu: qr tūc possz vnꝰ putare quātitatē ⁊ figurā esse idē huic dinācto: visibile vel tāgibile: hoc aūt cōstat eē falsum: qr pars celi nō illuminata nō ē visibilis neqꝫ tāgibilis: tm̄ quāta ē ⁊ figurata. Solutio ē: p illos duos sensus cognoscimꝰ distinctionē quantitatis ⁊ figure ab obiectis propriis. ¶ Postremo ex hoc loco vr̄ sequi visum habere potestatem ponēdi differentiam inter magnitudinez ⁊ colorem: ⁊ tamē hoc pertinet ad virtutem interiorē. Dicit mētem Aristo. fuisse q̄ si mediāte solo visu perciperemus magnitudinem ⁊ colorē: tūc cōtingeret vt visus vel alia virtus hñs ponere dr̄iaz inter diuersa obiecta non cōprehēderet dr̄iam inter magnitudinē ⁊ colorē: si visus tn̄ distincte ea tāquaz diuersa obiecta cōprehēdat: ex hoc nō sequit ipz cōponere vl' diuidere: qr cognoscere duo nō ē cognitio cōpleta: sz de his infra pertractabit: satis sit nūc declarasse sensus exteriores esse tm̄ qnqꝫ: enumerādo tactus omnes sub tactu vno.

¶ Tex. cōmēti. 136. vsqꝫ ad. 150.

Et qr. Quia qnqꝫ sensus exteriores hēbāt vtutē cōem ad quā reducebāt veluti ad radicē ⁊ cētrū oia sensuū pticulariū sensata: cui due actiones demādabant: sentire. s. opōes sensuū pticulariū ⁊ discernē iter sensata ppria diuersoꝝ sensuū: iccirco Ari. pñti pte q̄ est a tex. cōmē. 136. vsqꝫ ad. 150. ð sensu cōi abūdātissime agit. Snia. 136. ⁊. 137. talis ē: aut visu aut alia virtute pcipimꝰ nos vidē: si alia vtute: ergo illa cōprehēdet visuz cōprehēdē ⁊ colorē quez visus capit: īpossibile. n. ē vt Auer. tngit illā vtutē cōprehēdere visuz cōprehēdē colorē: nisi ēt ipa ꝯprehēdat colorē: ergo duo sensus erūt eiusdē itētiōis: si visu pcipiamꝰ nos vidē q̄ idē sentiet seipm: q̄ agēs erit patiēs. Amplꝰ si pōamꝰ aliquē sensuz sentire suā sensatōez: meliꝰ ē id affirmare i prio: ⁊ ē regl'a hñda. 3. ð aia. 36. vsitata frequēter a theologis. Item: si visio cōprehēderet a visu: ipa vl' color existēt vl' colorata.

Circa. 138. Fatet Auer. visionē eē colorē nō sz eē reale sz spūale: ⁊ īfert visionē eē rem visaz realr nō formalr: vñ hñt q̄litates diuersa noia in re: sensu ⁊ itellectu. ¶ Ampliꝰ nisi cōcurreret sensus exterior nūq̄ virtꝰ iterior posset ferre iudiciū de priuatiuis. quāiū. n. ad cognitōem positiuoꝝ iterior pēdet ab exteriori: tñ q̄ ad puatiua exterior ope idiget interioris: iudicare. n. obscuritatē eē obscuritatez nihil aliud ē q̄ sentire obscuritatē supra. 65. Itē colligit palā eādē nūero formā realr eē i re: ⁊ sensu sz diuersa eē: ſm fundamēto: actio ⁊ passio sunt vnꝰ actꝰ ⁊ vna forma nūero diuersificata rōne tm̄: q̄ ⁊ vna forma numero ē actꝰ lapidis colorati ⁊ visus ſm diuersa esse. ¶ Dicit q̄ prīo Auer. vidēs qn̄ ꝯphēdit colorē efficit q̄si coloratū quoquo mō: ⁊ cā i ſm ē: qr sentiēs recipit sensibile ⁊ assimilatur ei visus: itaqꝫ recipit colorem quem recepit corpus extra aiam: sed differūt in hoc q̄ receptio sentiētis est nō materialis ⁊ receptio corporis extra aiam est materialis ⁊ quando sensibilia fuerunt abstracta a materia efficiunt in sensibus sensus. i. sensatōes ⁊ imaginatōes: non colores sensibiles: neqꝫ sapores: neqꝫ alie qualitatū sensibilium que sunt extra aiaz in materia: ergo qualitates noiate diuersa sortient noia in re: sensu ⁊ intellectu. ¶ Ait scdo Auerrois: ⁊ actio sensibilis extra aiam in mouendo sentiens: ⁊ actio sensus qui est in sentiēte. s. qualitas qua sentiens qualitatur in mouendo etiaz virtutez visionis est eadem actio: lz modus esse sensibilis extra aiaz differat a modo sui esse in sentiēte: verbi gratia q̄ sonus qui est in actu extra animaz iā mouet instrm auditus: sicut auditus q ē in actu mouet virtutē auditꝰ. Silr dispositio coloris i mouēdo videntē ē sicut dispō q̄litatis q̄ puenit in vidēte a colore in mouēdo virtutē visibilē. Sensus ē: color mouet: ⁊ visio mouet: ⁊ idē re existūt: seiūcta duntaxat rōne. Itē sonꝰ extra aiaz mouet instrm auditꝰ: at auditꝰ q ē in actu. i. ipsa auditio mouet virtutē auditiuā. Silr color mouet mediū ⁊ organū ⁊ virtutē visiuaz: at visio nō nisi virtutē visiuā mouere pōt.

Digressio.

Grauis est iter scriptores ꝯtētio: nūqd sensus exterior suā valeat pcipere sensationē. In primis ps negatiua pbat: ois sensus est virtꝰ extēsa ⁊ mālis: ergo suā n̄ dignosci opationē. Itē si visus sentiat suā opationē ergo ⁊ seipm: ergo agēs erit patiēs: ⁊ ē ꝯtra Cōmētatoris. 136. ¶ Rursus sensus exterior pcipit tm̄ sensibilia ppria ⁊ cōia p se: ergo nō sentit suā opationē. ¶ Ampliꝰ: sensibile positū sup̄ sensuz tollit sensatōez: visio ē i visu: ergo nō pōt pcipi a visu. Iterꝫ si visus pcipiat visionē: qro nūqd p illāmet visionē pcipiat ipaz: an p aliā. Si primo mō obiectū erit cognitio: ⁊ cognitio visionis existeret cognitio coloris. Si scdo mō pcedet i ifinitū. ¶ Rursus si visio videret: actꝰ rectꝰ eēt actꝰ reflexus ⁊ potētia sensitiua eēt reflexiua ⁊ cognoscitiua sui: ⁊ ꝯponē posset ⁊ diuidere: hec oia sunt incōuenientia: ergo. In oppositū ē rō Aristo. qr alr coloris eēt due potētie: visus ⁊ sensus pcipiēs visionē. hanc rōnem Aristo. nō soluit: lz moderni nitant eā soluere: sz nō soluūt: qr asserūt duas potētias subordinatas idem obiectū ꝯphēdē posse: ⁊ ita visus ⁊ sensus cōis sentiūt colorē: ⁊ rō Aristo. vel ꝯcludit duos visus respcū eiusdē coloris: nō ē. n. visio nisi i visu: ⁊ p modernos visio ē i sensu cōi: cū ab ipo pcipiat: q̄ erūt duo visus respcū eiusdē obiecti: vl' ꝯcludit sensuz cōem respcū coloris duplicē hēre ꝯprehēsionē ppriā scilicet ⁊ eam que est sensus visus. Itē alia rō Aristo. est: si ē aliqs

sensus ꝑcipiēs opationē suam: pari rōne ⁊ exterior: quā nō soluit. Dicūt moderni solū intellectū cognoscitiuū eē opationū sensuū. Cōtra: sensus sunt passiui ⁊ cognoscitiui: sꝫ sensatiōes vt sic sunt forme ⁊ cognitiōes sensuū ergo eas sensus ꝑcipiūt. Itē Auer. dicit: sensus. i. sensatiōes mouere virtutes: ⁊ visionē ⁊ auditionem nō esse nisi in visu ⁊ auditu: vñ scribit Cōmento. 140. sensibilia sunt agētia: virtꝰ sensitiua est patiēs. Sensatiōes sunt agētes ⁊ patiētes. i. sunt actiōes ⁊ passiones: ⁊ qcqd recipit in visu noiat visio: in auditu auditio: albedo tñ recepta ī visu hꝫ nomen peculiare: ⁊ nigredo silr. Sed talia noia in multis idiomatibꝰ nō habent. ¶ Solutio igit: ꝯsistat in hoc. Dico p̄mo sensus nō sentire ꝓprias operatiōes. Si sensatio reipsa seiungat a re sensata: ⁊ hac via ꝓcedūt Theologi apud quos argumēta demōstrāt in fauorē ptis negatiue adducta. Dico scdo: illos maxime errare q asserūt cognitionē ⁊ visionē esse cognitū ⁊ visuꝫ realiter: ⁊ postea negāt actū rectū eē reflexū: ⁊ potētiā sensitiuā cognoscitiuā sui: dicūtqꝫ sensus humanos soluꝫ ꝑcipere suas opatiōes: qm̄ in oibus aialibꝰ par est rō: vtrier nāqꝫ cognitio ⁊ visio cognituꝫ existit ⁊ visuꝫ. Dico tertio: sensibilia ꝓpria i sensibus exterioribꝰ diuersa sortiri noia s̄m numerū diuersoꝝ sensuū: in sensibꝰ interioribꝰ ⁊ itellectu eadē hñt noia. Dico quarto: oēm sensuꝫ sentire suaꝫ operationē ⁊ seipsuꝫ: ⁊ actū rectū esse reflexū ⁊ potētiaꝫ sensitiuā esse cognoscitiuā sui. Dico vltio: in sensibꝰ esse sensatiōes subiectiue: ⁊ eas assero sensatas ꝓpinque. Sensibilia extra aiaꝫ sunt obiectiue in sensibꝰ ⁊ sensata remote his dict] oēs tollunt ambiguitates.

Sententia. 139. Probat hec ꝓpositio preassumpta: actio sentiētis ⁊ sensibilis ē eadē lꝫ differāt in eē hoc fundamēto. Idē est actꝰ agētis ⁊ patiētis: visus ē patiēs sensibile agēs: ergo idē erit actꝰ visus ⁊ coloris. ¶ Dicit Auer. ⁊ si necesse ē vt ois actio que ꝓuenit ab agēte ⁊ ois motus q ꝓuenit a mouente nō inueniant nisi in re patiēte ⁊ mota: sensus aūt patiant a sensibilibꝰ ⁊ sensibilia agāt in eos: necesse ē vt actio sensibilis sit in ipo sentiente: qd est in potētia sensibile ipm spūaliter: ⁊ loquit Cōmentator de actiōe q est opus ⁊ finis agētis ⁊ est ipa forma ꝓducta: q vt fluens motus vocat: dꝛ vero actio ipa forma quatenꝰ est ab agēte: vt recipit in passo passio: ⁊ qꝛ actio ē ab agente realr differt ab illo: ⁊ cū passio in patiēte existat ab ipo re ipa seiungit: fecit quoqꝫ mentionē de agente ⁊ mouente: qꝛ oē agens est mouēs: nō ecōuerso: mouēs nāqꝫ ⁊ motuꝫ sunt priora maiorisqꝫ ambitꝰ qꝫ agens ⁊ patiēs 3. phy. 3. p̄mo de generatiōe. 45. ¶ Itē ait. Sonus itaqꝫ ⁊ auditus q sunt in actu sunt in eo qd est in potentia sonās. s. ꝑcussuꝫ: ⁊ qd ē i potētia audiēs. s. sensus audiens. i. sonus in actu. i. sonatio ē actꝰ ꝑcussi: et auditꝰ in actu. i. ipa auditio actꝰ existit virtutis auditiue. ¶ Rursus inqt: induxit oē hoc ad declarādū q sensus. i. sensatiōes mouēt virtutes: sicut sensibilia que sunt extra aiaꝫ mouent sensus. i. instrumēta virtutum sensitiuarum.

Sententia. 140. Actio ⁊ passio p̄re. s. actu sunt in patiente ⁊ non in eo qd agit: ergo actio sensuū ⁊ sensibiliū in ipso existet sensitiuo. Sꝫ in qbusdaꝫ noia quoqꝫ sunt posita: vt sonatio: ac auditio: in quibusdaꝫ aūt caret alterum noie: operatio eniꝫ visus visio dicitur: at coloris noie vacat: operatio preterea gustus gustatio appellatur: at saporis nō hꝫ nomē: sed coloratio ⁊ saporatio ꝑ nūc dicātur. ¶ Dicit Auer. qm̄ sicut actio ⁊ passio sunt ī patiente nō in agente: ita actio sensuū ⁊ sensibilium sunt in primo sentiēte: cū sensibilia sint virtutes agētes: in mediū. s. ⁊ organū ⁊ sensum: sensus aūt agentes. i. iudicantes ⁊ patiētes: primū aūt sentiēs. i. organum cōicās cū medio ⁊ patiens tm̄: vel sensibilia sunt agentia: sensus aūt. i. sensationes sunt agētes ⁊ patiētes. i. actiōes ⁊ passiōes: primū sentiēs. i. virtꝰ sēsitiua ē patiēs tm̄. ¶ Itē ait: dico q ī arabica: actiones habituū sensuū ꝓuenientiū in eis a sensibilibꝰ in p̄ris virtutes sentiētes nō videat hēre noia in aliquo idiomate: cū hoc nō sciat a vulgo: nō. n. cōprehēduntur a sensu in p̄mo aspectu. Sēsus est: quicqd recipit in visu dꝛ visio: ī auditu auditio: albedo tñ recepta in visu hꝫ nomē peculiare: pariter ⁊ nigredo: sꝫ hec noia nō hñtur ī aliquo idiomate: cū hoc nō sciat a vulgo: nō. n. cōprehēdunt a sensu p̄mo aspectu. i. ꝯuertibilr: sed visibile a visu: audibile ab auditu primo aspectu ab eoꝝ potētijs dignoscuntur.

¶ Sententia huius partis stat in hoc. Longitudo ⁊ breuitas vite comparantur: aut secundum genus: aut speciem: aut modum aut indiuiduum: ⁊ ita supplet Auerrois textum Aristotelis non comparantis plantas ad animalia in hac distinctione. Qui ergo in calidis ⁊ humidis habitant regionibus longiorem habent vitam: cum calidum sit causa vite ⁊ viuentibus beneficum: qui vero in frigidis breuiorem: quoniam frigidum causa est mortis ⁊ ducit ad interitum. Immo eiusdem regionis habitatores aliqui longe sunt vite: alij vero breuis: aut propter aeris continentis diuersitatem: aut potius propter contemperamentorum variam dispositionem. Et dicebat Aristoteles. 14. particula problematum problemate. 9. Cur diutius viuunt qui locis calidis suam degunt etatem. soluit. quia natura sunt sicciore: firmius autem diuturniusque est quod siccius est. mors autem quedam putredo est. habitantes enim loca calida sunt natura sicciores habitantibus loca frigida propter caliditatem: ad quam quidem consequitur exiccatio: cum humidum putrescibile expiret: quod autem siccius existit: minus natum est putrefieri: quoniam putrefactio est per calidum ⁊ humidum: at in locis frigidis multiplicatur humiditas per accidens: hec autem faciliter putrescit ⁊ ducit ad mortem putrefactione.

¶ Contra Auerrois in hoc tractatu inquit: qui habitant in regionibus calidis ⁊ humidis sunt longioris vite: ⁊ hoc accidit propter accidens: scilicet propter paucitatem putrefactionis: ergo humidum ⁊ calidum non erunt cause putrefactionis. Soluit Conciliator: duplex est complexio calida ⁊ humida: vna est naturalis a principio existens creationis ex suis prin

eipsis: altera accidentalis ex vsu permutantium ad caliditatem ⁊ humiditatez acquisita: que vituperabilis extat: parata enim est de facili ad putrefactionē: de qua intendit Aristoteles cum dicit: in locis frigidis putrefactione magis fieri q̄ȝ in calidis. Auerrois autem de prima.

Digressio.

Dubitatur que sint regiones ⁊ loca ad longitudinem vite magis conducentia. In primis videntur frigida: dicēte Auicena secunda primi: in locis calidis senium aduenire in triginta annis: senium vero propinquum est morti. In regionibus aūt frigidis inueniunt hoīes audaces bene digerentes ⁊ diu viuētes ⁊ subtilium spirituū. Item homo est calidissimum animalium: sed simile additum simili facit furere. Amplius in regiōe calida calidum extrinsecuz educit humiduz contenti: ergo est causa putrefactionis. Rursus habitantes in regionibus frigidis sunt calidiores ergo potentiores ergo sapiētiores ergo longioris vite: iste rōnes faciunt vt Albertus magnus arbitretur habitantes in regionibus frigidis esse longioris vite: qui Aristoteli palam aduersatur asserenti eos qui in calidis habitant regionibus longiorem habere vitam: cum calidum sit causa vite ⁊ viuentibus beneficium.

Solutio itaqȝ quesiti duobus absoluat documentis. Primum sit tale. Terra habitabilis partita est in semptem climata: habitantes loca valde calida breuis sunt vite propter adustionem ⁊ consumptionem humidi radicalis citam. Loca quoqȝ valde frigida mortem accelerant: propter enim vehementem frigiditatem exteriorem calidum interius impellentem accidit ipsum vehementer profundari ⁊ inuiscari in humido: quare illō magis depascet ⁊ corrumpet. Neqȝ veruz est ꝙ quidam affirmant dicentes eos citius perire morte accidentali ⁊ violenta qui habitant regiones frigidas ⁊ habitantes loca calida velotius decedere morte naturali. Est autem mors accidentalis ⁊ violenta que causatur putrefactione: putrefactio vero est reductio humidi radicalis a sicco facta a calore alieno extraneante calorem naturalem educentem humidum ad exteriora putrefacti: frigiditas enim extrinseca causa est putrefactionis prohibens ne calor extraneus dissoluatur a re in qua est: aliter si frigiditas non prohiberet: separaretur calor a re antequam putresceret res: Concurrit etiam frigiditas intrinseca calidum exiens expellens ⁊ putridum reddens incineratum. Mors naturalis prouenit ex consumptione humidi naturalis ex dominio calidi. isti enim non satisfaciunt Aristoteli volēti ad longitudinem vite calidum ⁊ humidum proportionata requiri: constat autem in locis calidis hec reperiri amplius q̄ȝ in frigidis. Item in estate est putrefactio per dissolutionem ⁊ combustionem: combustio autem vt reor a fortissimo calore extraneo causatur potente absqȝ fauore caloris naturalis humidum ad exteriora educere: quandoqȝ enim calor extrinsecus extraneat calidum naturale non educendo humidum: quandoqȝ vtrūqȝ operatur: ergo mors violenta eis eueniet qui in locis calidis habitant: sicut ⁊ habitantibus in locis frigidis. Regio itaqȝ calida vt calida est magis facit ad longitudinem vite q̄ȝ regio frigida vt frigida: regio tamen frigida calidis complexiōib⁹: ⁊ calida frigidis viuentibus cōmodissima est: cum enim regio complexioni aduersetur: nascitur temperamentum. Et qui sunt in locis calidis sapientiores sunt q̄ȝ qui in frigidis.

Secunduȝ documentū est.

Quattuor sunt complexiones lapse a temperamento. Sanguinea scilicet: colerica: flegmatica: ⁊ melancholica: iter quas talis ordo reperitur quātuȝ ad nobilitatem ⁊ durationem: sanguinea: colerica: flegmatica: ⁊ melancholica. Est sanguineus calidus ⁊ humidus: colericus calidus ⁊ siccus: flegmaticus frigidus ⁊ humidus: melancholicus frigidus ⁊ siccus.

¶ Neqȝ rationes facte ante oppositum concludūt. Prima concludit regionem intense calidam nō conducere ad vitaȝ vt est intense calida: licet regioni intense calide inquātum calida non repugnet concurrere ad longitudinem vite: neqȝ verum est homines habitantes in regionibus frigidis esse diutius viuētes ⁊ meliorum spirituū: licet existant audaces ⁊ vehementer de seipsis confidentes. putant eniȝ suo robore omnibus posse resistere: ipsaqȝ superare. Ad secundam: homo ⁊ si sit calidissimuȝ animaliū in regione tamē temperata calida erit diuturne vite. Ad tertiam dicendum est ꝙ habitantes loca frigida citius moriuntur morte naturali ⁊ violenta. Et si dicas: nō naturali: quia humidum multum est in eis ⁊ calidū. Solutio est: illud humidum est aqueum: neqȝ cuȝ calore ⁊ corde proportionatum: pereunt ⁊ morte violenta celeriter: quoniaȝ licet sint pingues: non est ipsorum pinguedo aerea: qualis requiritur ad longitudinem vite: est ⁊ causa accidentalis: quare breuiori durant tempore in regione frigidiori: inordinatio regiminis. sunt enim effrenes brutales ⁊ sunt maxime voraces: nunquam de futuris cogitantes: ⁊ ebrijs assimilantur quantum ad dipositionem corporis ⁊ anime.

¶ Oportet autem accipere quid facile ī natura corruptibile cōstantibus: ⁊ quid qō nō facile corruptibile.

¶ Sententia huius partis stat in hoc. Ellementa cum varientur qualitatibus primis: quia quedam sunt simbola: quedam dissimbola: sunt causa trāsmutationum in mixtis: si enim ellementa nō essent seinuicem transmutabilia non esset subiectum in alteratione: nec in substantia. primo de generatiōe primo. que cōditionalis tenet: quia omnis alteratio est mediate vel imediate in primis qualitatibus: generatio quoqȝ finis est alterationis. primo physicoꝝ. 62. non intrīnsecus sed extrinsecus: quia qualitas acquisita per alterationem terminat intrinsece ipsam alterationem. Item que a natura fiunt: fiunt per actionem qualitatum primarum ⁊ omnia talia generabilia ⁊ mortalia sunt: que fiunt sine tali actione sunt ab arte ⁊ talia etiam caduca inueniuntur: ⁊ hoc siue fiant ab arte per compositionem: siue per ablationeȝ: siue per transfigurationem: ⁊ sm ꝙ res sumit complementum ab arte vel a natura: ita artificialis ⁊ naturalis denominatur. ¶ Rursus sciētia ⁊ sanitas peculiari pereunt corruptione: quando corrumpuntur subiectis saluatis: corrumpuntur autem per viam sequelle ad interitum subiectorum: interitus formarū

ꝑprius fit p successuƺ cõtrarij vl' priuatiue oppositi. Et si.12.methaphysice.18.dicatur compositum tantum generari & corrumpi per se: formas vero per accidens: hic vero formas generari & corrumpi per se capitur hic generatio & corruptio pro inceptiõe & desitione cuiuscũqꝫ preexigentis subiectum: preexigẽtis dico subiectum vel tanꝙ partem vel non tanꝙ partem.12.methaphysice.18. capitur generatio pro inceptione alicuius preexigentis subiectum tanꝙ partem: qua significatione tantum compositum dicitur generari. At si iterum quispiam dicat: scientiam non corrumpi sublato animali: quia permanet intellectus in quo est scientia tanꝙ in loco seu subiecto. Dico scientiam aufferri ablato animali cum pendeat a fantasmatibus: & cum deperditur scientia per obliuioneƺ efficitur homo ignorans ignorantia negationis: que priuatiue scientie aduersatur: cum autẽ per deceptionẽ: efficitur homo ignorans ignorantia dispositionis errore cõtrario discipline: & his addo accidentia propria tantum deperdi per viam sequelle: cõmunia vero vtroqꝫ modo deperdi posse.

¶ Preterea non est anima in corpore veluti scientia in anima: est anima natura corporis animati & tota essentia illius: vnde forme substantiales & accidentales in hoc conueniunt ꝙ ad corruptionem subiectorum forme omnes desinunt esse: vl' informare: quod dico propter animam intellectiuam humanã: differunt vero: quia sublatis formis substantialibus pereunt necessario subiecta illis informata: non autem occidunt subiecta necessario ad occassum accidentiũ & hec est causa ꝙ dicebaƺ anno superiori: primo phisicorum.14.accidens non posse quoquomodo a substantia denudari. ¶ Rursus accidentia non sunt nature: forme omnes substantiales sunt nature: qꝛ principium motus & quietis.2.physicoruƺ.3. capitur interdum natura pro forma substantiali inclinante tantum ad vnam differentiam positionis: qua significatione anima nõ est natura: nec motus celi & animalis mortalis naturalis.

Est aduertendum.

Accidentia incompossibilia forme introducende per viam sequelle & per se corrumpũtur seu desinunt esse: accidentia vero in re corrumpenda forme inducende compossibilia per viam sequelle & per accidens pereunt: patet hoc exemplo: si calor sit in tota aqua subiectiue: in aduentu forme ignis peribit calor consecutiue per accidens tamen: risibilitas hominis eo sublato destruitur consecutiue per se.

¶ Dubitatur cur peripatetici sentiant accidẽtia non posse esse sine subiectis. Dico hoc esse ꝑpter causalitatem quam habet subiectum supra accidens quaƺ causalitateƺ causa prima non potest supplere. Theologi quia volunt causam primam posse in effectum secunde sine fauore secunde tenent accidentia reperiri in eucharistia sine substantia panis. Et siquis quereret vtrum qualitates prime agerent si a subiectis essent separate. Respondet Auerrois primo de generatione quinquagesimoquito. calor si esset abstractus per possibile vel impossibile ageret & non pateretur. causa enim actionis est forma: passionis vero materia: in summa ergo ellemẽta sunt facile corruptibilia: & quecunqꝫ ex ellementis componentur transmutabilia sunt & corruptibilia: quod enim ex corruptibili componitur: corruptibile esse necesse est: immo ex aliquibus composita constituentium naturam participant: & accidentium varie sunt explicate deperditiones: & saluatis & non saluatis subiectis: & per successum contrarij & priuatiue oppositi. sepenumero pereunt accidentia.

Digressio.

Quia scientiam acquiri & deperdi posse Aristoteles putat: ideo visum est mihi quantum expedit proposito modum inducere quo scientia acquiritur vel deperditur. In primis ergo aduertendum ꝙ Auerrois septimo physicorum.20. format istam rationem: cognitio acquiritur intellectui nulla mutatione facta in ipso intellectu: ergo cognitio non terminat veram alterationem: vnde sicut columna efficitur dextra & sinistra per motum sortis sine mutatione eius: ita & homo efficitur sciens absqꝫ mutatione intellect⁹: pars ergo cognoscens non transmutatur sed quoddam aliud: & ex hoc infero corolarie ꝙ intellectus agens non ponitur ex parte intellectus possibilis: sed tantum ex parte obiecti: quod virtute intellectus agentis transfertur de ordine materialium ad ordinem abstractorum. tertio de anima.18. forma enim facta abstracta presentata intellectui possibili ipsum perficit absqꝫ hoc ꝙ inhereat veluti si per possibile intellectio qua sortes intelligit lapidem esset separata a sorte: & tamen sortes per eam intelligeret: tunc ipsa esset forma perficiens sortem: non tamen inhereret intellectui sortis. Et quemadmodum homo post somnum vtitur scientia actu: absqꝫ hoc ꝙ scientia acquiratur generatione & alteratione: ita quis incipit scire de nouo absqꝫ hoc ꝙ scientia illa noua terminet generationem & alterationem: verũtamen sciens cuƺ non vtitur sua scientia est in potentia accidentali: at addiscens antequam addiscat est in potentia essentiali: &.2. de anima.58. ponebatur differentia inter doctrinationem & rememorationem: & est aduertendum ꝙ apud Platonem habitus erant cõnaturales intellectibus multiplicatis: &. nostrum scire erat reminisci: at Auerrois arbitratur vnum tantum intellectum cui cognitio equi perpetuatur varijs diuersorum hominum fantasmatibus eaƺ cõseruantibus: & ita apud Cõmentatorem nostrum scire erat aliquo modo reminisci.3. de anima.5. si autẽ fantasmata valeant conseruare intellectionem in intellectu: opus est vt sit rectitudo accidentium: lumẽ nãqꝫ intellectus agentis non figitur supra fantasmata puerorum: & ebriorum: & si generaretur sciẽtia eo tempore quo sensibiles species inordinate & confuse habentur: tunc ex natura eius esset apud transmutationem: non acquiritur ergo ꝺ nouo scientia discipulo: quia cum sit idem intellectus apud Auerroiƺ: erit & eadeƺ scientia: & dicebaƺ primo de anima.66. ad hoc vt intellectio sit generabilis & corruptibil' sat est eam colligantiam habere cum virtute organica: at intellectus humanus est ingenerabilis & icorruptibilis si sit non causatus a corpore: & hac de causa dixi primo de anima.12.&.13. intellectionem hominis esse operationem propriam non abstractaƺ: & intellectum ipsum abstractum existere: officium ergo ꝑceptoris non est aliud ꝙꝫ facere ꝙ intellectio que erat continuata cum suo fantasmate continuetur cuƺ fantasmate discipuli. Dico tamen ẜm fidem & veritatem

tem q preceptor causat in discipulo nouam scientiaz excitando intellectum eius per principia nota et per determinatam principiorum ad conclusioné applicationem: neqz sequit q scia sit qualitas actiua: quando enim actiua qualitas agit in aliud non requirit in illo in quod agit esse aliquod agens principale in nás ipsam: at scientia preceptoris non est qualitas sufficiens ad inducendum scientiam in discipulo: sed principale agens est intrinsecum discipulo: vt intellectus agens suo lumine: verus etenim doctor est qui interius mentem illuminat: et intellectum et veritatem ostendit: auctore lyncomense primo posteriorum.

Rursus aduertendum: primo posteriorum capite sexto enumerantur quattuor conditiones quibus quidem scientia deponi potest et saluari: habens rationem: saluatus: salua res sit: et non oblitus: veritas nanqz propositionis scite nó dependet ab existentia subiecti et predicati. Et cum ad vnam conclusionem possint esse plura media potissima: vno medio sublato noticia conclusionis absolute non destruitur: sed tantum respectu illius medij: perempto etiam sciente tam principali q totali tollitur necessario scientia: que etiam aufert p obliuione totalem: reminiscétia. n. exposcit obliuioné imperfectam et truncatam.

Forte autem vtiqz. Sententia huius partis stat in hoc: Ignis in concauo corrupubilis est: et cuz ibi nullum sit corruptiuum naturale: neqz naturaliter possit esse: celum enim et ignis ibidem ignem cóseruant: colligitur aliquod ee corruptibile: quod tamé núquam corrumpetur: et aliquod habere potestatem calefaciendi quod tamen núquaz calefaciet: et ita nó omnis potentia exibit ad actum: ergo ignis erit incorruptibilis in loco simpliciter sursum: vbi nullum habet contrarium. Item pereunt que inexistunt cótrarijs sm accidens: contraria inuicez interimuntur per se: sed substantie non corrumpunt sm accidens cum de nullo subiecto predicent. s. denomiatiue: nó enim indiuidua de predicamento substantie pereút eo modo quo accidentia saluis scilicet susceptiuis: aut per contrarij actionem: aut conseruantis ablationem: quia ipsa tota composita sunt substantie et non sunt in subiecto: ergo vbi corruptibilia nullú hébút contrariuz: erunt incorruptibilia: igni itaqz nihil cótrariatur et maxime in concauo lune: ergo nó poterit ibi corrumpi: neqz etiam in alio corrumpetur: qz nó potest descendere naturaliter: neqz violenter: quia nullum est ibi violentans: neqz naturaliter pót esse aliquod ibi ignem deorsum violenter impelléo: qm oporteret illud violentás vincere celú et ignem que resistunt violentanti: et hac eadem ratione possz pbari terram in cétro existenté eternam esse: que quidé terra cú ibi nullum habeat cótrarium erit eterna: nó enim a celo: nec a seipsa: nec ab aliquo elemento: cú nulluz elementum attingat illam partem corrumpi potest. Solutio est: quáuis corruptibile í eo loco eét in quo nihil ei eét cótrarium: non tñ simplr eét íncorruptibile. nam ipsum extra locú suum existens tandé corrumperet: neqz admittendú est corruptibile í aliquo loco esse posse vbi nihil ei aduersetur: nam quicquid ex materia componitur: ei aliquid est cótrariú: cum impossibile sit omne ens naturale esse calidum: aut omne frigidum: si enim semper vnum eodem modo dispositum esset agens: et vnum itidem patiens: transmutatio nulla fieret: cum etiam in omni transmutatione debeat esse aliquod abundans quod sit contrarium passo: et omnis permutatio sit a contrario in contrarium: et quáuis nullum actu ponatur ipsi contento contrarium q ipsum continens: siue ipsum continés sit corruptibile siue non: tamen contentuz a cótinente tandez corrúpetur: nempe cótinens efficit cótenti corruptioné: modo ei contrarium sit: aut saltem coadiuuat: tametsi non sit cótrarium. ¶ Unde obseruandú est: ad materiaz in potentia sequitur contrarietas in formis: et hec est causa q sepe vna: sepe due explicantur cause generationis et interitus: et si non esset in formis contrarietas: forme que essent: essent intelligentie. in hoc enim intelligétie differunt a formis eductis: intellectibus nihil penitus aduersatur: nec positiue nec priuatiue: formis eductis multa opponuntur: et sic in post predicamentis dicatur vnum contrariuz posse esse in natura sine reliquo. Dico ad esse vnius contrarij sequi alterum aptitudine et si non actu: in qualitatibus secundis: qz prime ad salutem mundi omnes necessario ponunt. si enim non pulererit iueret mundus. dicebat Auerrois. 2. phy. comm. 77. ¶ Iterum sciendú: non possunt contraria non permutari ergo omne corruptibile de necessitate corrumpetur. superfluú enim cótrarium agit in contrariuz: et corrumpetur ignis in concauo non a contrario formali: sed a celo continéte: quod est virtualiter cótrariuz igni. non eniz sm quálibet sui partem celum est intensissimi caloris conseruatiuú: non potest autem pars ignis data continuáte illius gyratione euadere: quin aliquando supponatur parti celi calorem intensissimú remittenti: et cópletur illius ptis ignis descensus pte ignis leuiore: locum vbi illa prefuit subintrante. Itē pars terre centralis post longissima tempora vsqz in superficiem terre adducetur: terremotibus: multisqz alijs adiuuantibus. Et infert Aristoteles maiorem flámaz minorez quodámodo corrumpere: citiusqz corrumpi facere: tamen maior fláma minori non contrariatur formaliter. Item cum omnia viuentia in continuo sint motu: fiant et corrumpantur: continens ea continuú motum et interitum ipsorum aut operatur aut ad ea efficienda cooperatur. Insuper viuentia que de loco ad locum permutantur: quandoqz quidem fiunt durabiliora: interdum vero anteq ad determinatá nature periodum perueniant: deficiunt: hinc fit vt sicut eterna nullum habent contrariuz et in nullo loco: ita quecunqz materie sensibili coniuncta sunt vbicunqz sunt habent contrarium: quaptopter quátitas que materie in potentia coniuncta est habet contrarium pro motu perficiédo opportunum: qualitatibus vero constat aliquid contrariari. Motus quoqz localis de contrario in contrarium tendit: ergo in omni trásmutationuz genere facile est contrarietaté inuenire.

Digressio.

Dubitatur cur est q omne corruptibile de necessitate corrumpetur: nó iñ omne generabile necessario generabitur. Dico hoc esse: quia quelibet prima materia respicit genus formarum: et talem respectú ad genus forme frustrari est impossibile: corruptibile signatum necesse est deficere: vt potentia ad genus forme non frustretur: potentia materie ad signatam formá impediri potest ab

exitu in actu: ideo determinati generabilis non ē necessaria generatio. ¶ Iterū dubitatur nunquid oīs potentia necessario exeat in actum. Dico non omnez potentiaz in individuo sed in specie necessario exire ad actum: ⁊ hoc ne mundus suo careat oꝛnamento. Dico etiam omnez potentiā respectivā essentialem necessario exire ad actum: non aut respectivā accidētalem: vt dixi anno superioꝛi. pꝛio physicoꝝ. 70. Vñ antiqui crediderunt potentiā ad non esse infinitaz in futuro: sicut ⁊ potentiā ad esse viderūt infinitam in pꝛeterito: at Averrois: pꝛimo celi. 120. declaravit potentiam ad coꝛruptionē nullam esse infinitam: potētiam autē ad generationē docuit esse infinitam: essentialem finitaz: vnde duplex est potentia materie absoluta scilicet ⁊ respectiva: ⁊ respectiva alia est accidentalis: alia essentialis: accidētalis est eterna a pte ante ⁊ desinit esse a parte post: ⁊ fundatur ī pꝛivatōe ⁊ terminatur ad foꝛmam generandam: ⁊ multiplicaᷣ ad numerationē foꝛmaꝝ introducendaꝝ: neqꝫ inconvenit respectus ratiōis ⁊ infinitos esse ⁊ eternos tm̄ a parte ante. Essentialis incipit esse d̄ novo ⁊ desinit esse: ⁊ fundatur in materia disposita: ⁊ hāc potentiaz necessarium est reduci ad actum: cum incipit esse in materia in tempoꝛe interminato ante pꝛimuz esse foꝛme inducende: nullo alio instanti clauso: itaqꝫ quādo est verum dicere: hec materia non est sub. A. foꝛma: sed necessario est futura sub. A. foꝛma: tunc potentia respectiva essentialis incipit esse in materia: ⁊ ē nova ex vtraqꝫ parte: ⁊ quia necesse est vnūquodqꝫ coꝛruptibile desinere esse: ⁊ coꝛrumpi in contrariuz determinatum: ideo non potest potentia ad coꝛruptionez accidentalis ⁊ essentialis īveniri infinita. Immo existimo hanc pꝛopositionem esse falsam. Datur potentia infinita accidentalis ad coꝛruptionem: quia potentia accidentalis non necessario reducitur ad actū: sed omnis potentia ad coꝛruptionez necessario reducitur ad actum: potentia autem ad generationem accidentalis est infinita a parte ante: essentialis nova ex vtraqꝫ parte.

Erunt autem neqꝫ. Sentētia huius partis stat ī hoc: nec magnitudo: nec parvitas: nec sanguis: nec habitatio in terra: nec in mari: nec esse plantam: nec esse gressibile sunt cause longe vite: ⁊ inter plantas. Cupꝛessus ⁊ palma: īter animalia elephas ⁊ homo diutius durant. Antiquitas cupꝛessum moꝛtuis dicavit eo ꝙ in modum hominis excisa non pullulet. Palma auget sperma ⁊ iuvat ad coitum. Elephas vivit. 300. ānis: ⁊ est obedientioꝛ atqꝫ disciplinabilioꝛ ceteris brutis in tantum ꝙ instituitur adoꝛare regem: ⁊ cum ossa solida habeat sine iuncturis: cadens nō potest surgere. Et si homo magis abundet pꝛīcipijs vite calido. s. ⁊ humido ꝙ̄ elephas: elephas tñ diutius durat: cū nō sit ita debita ꝓpoꝛtio calidi ad humidum in hoīe: veluti in elephante.

Averrois scribit ī calce tractatus. Antiqui attribuunt longitudinē ⁊ bꝛevitatem vite causis accidentalibus: quidaz enim dicunt ꝙ causa longitudinis vite est locus calidus ⁊ sicc⁹: ⁊ quidam magnitudinem coꝛpoꝝ: ⁊ quidam multitudinem sanguinis ⁊ spiritus: locus calidus ⁊ sicc⁹ non potest esse causa longitudinis vite: quia est comburens ⁊ consumens humoꝛē naturalē: est autē humidum naturale fundamentū vite: quare est soluz ꝑ accidens causa lōgitudinis: eo ꝙ putredo in eo minoratur: quia putrefactio que accidit per humiditatem minoꝛatur in tali loco: ⁊ ideo loca frigida ⁊ sicca magis videntur esse cause longitudinis vite ꝙ̄ calida ⁊ sicca: quia carēt putrefactiōe que fit ex humiditate: ⁊ putrefactione que fit ex caliditate: ideo ꝓpꝛium est istis regionibus ꝙ moꝛs que accidit ex putrefactione raro accidat in eis: pꝛovenit enim putrefactio per congelationem ⁊ desiccationem: ⁊ per dissolutionem ⁊ combustionem: ⁊ similiter magnitudo coꝛpoꝛum non est causa longitudinis vite nisi quando magnitudo pꝛovenit ex multitudine calidi ⁊ humidi pꝛopoꝛtionati: non ex abundantia partis terrestris in eis: ⁊ ideo licet animal sit parvi coꝛpoꝛis: tamen longioꝛis vite est multis animalibus que sunt maximi coꝛpoꝛis: vt apes cuius vita ponitur decem extendi annis: cum tamen sit parva: Malachia vero magna duobus. Neqꝫ etiaz multitudo sanguinis per se: verum per accidens est causa longitudinis vite: quoniam accidit animalibus ex habundantia calidi ⁊ humidi interdum suffocari: similiter neqꝫ spiritus: qꝛ facit interdū ad vite bꝛevitatez: ꝓpter ipsius exuffiationem maioꝛem.

Opoꝛtet enim accipere. Sentētia stat in hoc. Ad hoc vt vivens sit diuturne vite hec requiruntur: humidum non facile exiccabile a caloꝛe naturali: non pauce quantitatis: non aqueum: sed aereum ⁊ pingue: quia si esset aqueum cito infrigidaretur. Debitus caloꝛ pꝛopoꝛtionatus humido: regio tēperata: illud itaqꝫ longioꝛis vite erit: quod erit optime temperatum temperamento faciente ad longitudinem vite. Calidum igitur ⁊ humidum sunt causa vite: frigidum ⁊ siccum causa moꝛtis: oppositoꝛum enim effectuum opposite debent esse cause: ⁊ humidum ⁊ calidum in quanto ⁊ quali contemperata esse debent: hinc est ꝙ animalia in venerem pꝛona: illiqꝫ sepius indulgentia cito senescunt: nam semen cum frequentius emittitur exiccat animal: qua de causa mulus longioꝛis est vite ꝙ̄ asinus ⁊ equa ex quibus pꝛecreatur: ⁊ passerum famelle masculos vita exuperant. Item viri laboꝛibus fracti ⁊ attriti citius senescunt. Rursus quedam plantaꝝ longioꝛis ꝙ̄ aīalia durationis existūt: ⁊ habent plante modū vivendi quodāmō silem īsectis aīalib⁹: ⁊ ceterꝫ indē aīalibus plante persimiles sunt: nam animalia quoꝝ supioꝛes coꝛpoꝛis ptes grossioꝛes sunt ꝑmanētioꝛis sunt vite: icirco masculi suis femellis sunt vivacioꝛes: ⁊ navi exiguoqꝫ coꝛpoꝛe homines partes superioꝛes habent grossioꝛes ꝙ̄ femelle: ita plante robustas ⁊ grossas sūmitates habentes longioꝛi tempoꝛe ꝑdurant: sūmitates aūt plante sunt radix: ⁊ partes ipsi⁹ trunci radici adiacentes: cum radix sit caput plante 2. de anima. 38.

Est pꝛimitus cōsiderandum: Caloꝛ naturalis inquātum naturalis subtiliat: digeritqꝫ humidum: ipsuz cum sicco admiscēdo: foꝛmāqꝫ educendo de potentia materie: ⁊ a Cōmentatoꝛe explicantur due cause longitudinis vite: dñium qualitatū activarum supꝛa passivas: ⁊ debita īter qualitates activas ⁊ passivas ꝓpoꝛtio: cum itaqꝫ ad longitudinez vite requiraᷣ humiduz nō parvū: coꝛpoꝛa malencholica ⁊ colerica minoꝛis erūt vite tēperatis ⁊ sanguineis: ⁊ cum humiduz vitale debeat esse nō aqueū: flegmatici non diu durabunt: vnde moꝛiētur malencholici naturaliter frigiditate congelāte ⁊ siccitate rarefaciē-

te: colerici

te: colerici propter siccitatem humidum rarefacientem: flegmatici propter frigiditatem congelantem: sanguinei et temperati propter deffectum qualitatum humidi substentantis calidum.

Rursus sciendum: tres sunt superfluitates in corpore animalis prefecti: sperma: phlegma: tabes: est semen aptum statim conuerti in substantiam membrorum: quod quidem ab omni parte corporis decidit: et maxime a principantibus: in quo inest virtus formatiua: cuius officium est producere simile illi a quo est decisum semen: quam habet a vasis inuolutis secundum Aristotelem: secundum medicos a feminis vel a testiculis. Et si quis querat: vnde causetur maxima que habetur in coitu delectatio. Dico quod omnis dolor aut est mala complexio diuersa: aut solutio continuitatis: et omnis delitia remotio aut male complexionis diuerse: aut solutionis continuitatis: aufferet emissio spermatis erecte virge solutionem continuitatis non multum sensibilem: hanc veneris delectationem non precedit dolor: veluti in scabie semper reperitur dolor precedens delitiam: sed de his quarta particula problematum plena est.

Iterum aduertendum: labor deficcat non habentes humidum superfluum: et existimo corpora multa impinguari forti exercitio: alia extenuari: secundum scilicet diuersitatem complexionum: vnde careant a longo somno et quiete malencholici et flegmatici. Animalia itidem magni et corporis et caloris diu durant in locis frigidis: parui vero et calore et corpore in locis calidis: et cum mors proueniat tum propter caloris extinctionem: tum propter humidi consumptionem in locis calidis et siccis homines erunt longeui propter absentiam frigiditatis: in frigidis erunt longeui propter defectum caliditatis. Et quia Aristoteles dicit: calidum naturale consumit materiam in qua est: dicendum est quod calor morientis ex fame extinguitur propter defectum humidi eius pabuli: calidum enim naturale semper consumit subiectum in quo est: quo quidem pascitur. Et si quispiam daret verum tale corpus calidum naturale permanet idem a principio vite vsque in finem. Dico quod continue esse aliud et aliud sicut cotinue est alia et alia flamma: et quemadmodum flamma corrumpitur quia consumit eius nutrimentum: ita calidum naturale resoluit humidum substantificum: et cum calidum resoluat humidum et idem non possit respectu eiusdem esse generans et corrumpens: a membris restaurabitur humidum radicale. At si quis iterum petat: nunquam tale corpus fit actu animatum. Dico quod non: tum quia tale est valde rarum: subtile: et de facili euanescibile: itaque non percipitur nec in viuo nec in mortuo: tum quia animatum debet esse constans et firmum. 2. de anima. 3. tum quia tale corpus est discontinuum animali: licet anima non possit esse in corpore organico sine spiritu: tamen non est in ipso spiritu. Contra: spiritus mouetur ad omnem differentiam positionis: ergo est animatus. Dico inanimatum vt regulatum ab anima versus varias positionis differentias moueri posse.

Amplius obseruandum est. Sunt qui arbitrantur quamlibet humanam complexionem et cuiuslibet membri humani corporis declinare ab equali ad pondus per calidum et humidum: est mixtum equale ad pondus in quo qualitates prime et grauitas et leuitas equales in gradu reperiuntur: quod licet in re non detur: tamen apud intellectum dari potest: opinio hec his rationibus roboretur: est omne mixtum perfectum inanimatum calidum et humidum: cum omnis mixtio et digestio fiat a calido dominante. 4. metheororum: ergo a fortiori quilibet homo et quodlibet membrum eius: sunt enim animalia et viuentia omnia vita carentibus calidiora: cum vita sit per calidum et humidum: si itaque omne mixtum fiat per digestionem: erit omne mixtum in comparatione ad equale ad pondus calidum. Item: quelibet operatio viuentis perficitur calido. 2. de anima. 41. et omne viuens nutritur: ergo omne viuens respectu equalis ad pondus erit calidum. Rursus cause omnes concurrentes ad generationem hominis sunt calide et humide: ergo: cause autem sunt corpora celestia que calefaciunt et non infrigidant 2. celi. 42. spiritus gignitiuus sanguis menstruus: et secundum Galienum sperma maris et femine: que quidem omnia sunt calide et humide complexionis. Iterum non datur equale ad pondus ab primo celi. 7. ergo quodlibet viuens recedet ab equali ad pondus per qualitates vite conformes: que sunt caliditas et humiditas: vnde dicitur calor innatus: non frigiditas innata: est caliditas amica nature: frigiditas inimica: hinc est quod medici magis timent in infrigidando quam in calefaciendo. Postremo malencholicus non est frigidus et siccus respectu equalis ad pondus: cum membra eius calida sint plura et maiora quam frigida: et non possit vita vltra temperamentum stare cum maiori latitudine frigiditatis quam caliditatis: existimant ergo isti vnumquodque viuens declinare ab equali ad pondus per calidum et humidum: qui recte sentiunt quantum ad complexionem influentem que prouenit a spiritibus in membris influxis: quantum autem ad complexionem innatam que resultat merito componentium arbitror omnia membra cuiuscumque animalis frigide esse complexionis: hoc fundamento: omnia membra sunt naturaliter grauia et densa: ergo naturaliter frigida.

Auerrois primo ostendit longo sermone: necesse fore vt qualitates actiue et passiue habeant inter se proportionem et ad tertium puta ad corinthos sufficit alterum: stat enim duos homines inueniri eiusdem consimilis complexionis: et consimili vtantur regimine: quorum tamen vnus moritur celerius: quia licet proportionentur qualitates inter se: non tamen in tertio: alter autem erit longeuus propter hoc. Iterum ait: cause conseruatrices ipsius ex extrinseco sunt sex modi nominati. 1. sunt sex res non naturales: que sunt. Aer. Cibus et potus. Inanitio et repletio. Somnus et vigilia. Motus et quies et passiones anime dicta accidentia: et debita harum rerum administratio conducit ad longitudinem vite: indebita vero ducit ad mortem. Rursus inquit: et complexio quam narrauimus est propria longitudini vite in qua inueniuntur ille due conditiones predicte: et est ignota in arte medicine: aut difficile scitur: et si esset nota precise iudicaret medicus longitudinem et breuitatem vite: et complexio media quam ponit Galienus videtur: sed scire istam complexionem est valde difficile et magis videtur esse per rationem quam per sensum. Sensus est: complexio optima pro duratione vite est illa in qua et qualitates prime inter se et ad eorum habent debitam proportionem: et non datur complexio equalis quo ad gradus et virtutes qualitatum: cum in omni mixto dominetur aliquod elementum: et dato quod complexio temperata in rerum natura non inueniatur satis tamen est quod per intellectum intelligatur: tanquam regula omnium aliarum complexionum. Postremo ait: quanto

forma cōpositi fuerit magis remota a formis simplicium cōponentiū: tanto magis erit ꝯtraria illis formis: quapꝑ actio simplicium fortior erit in ea. Cōtra: ergo cum hō sit aial cōpositissimum: erit breuioris vite ⁊ durationis ceteris. Solutio est: quatenus homo cōpositior est: ita breuis vite inueniri deberet: qꝛ tamē in ipso ē debita calidi ⁊ humidi ꝓportio: iccirco diutius viuit: paritate nāqꝫ in ceteris seruata simpliciora semp ꝑmanēt iꝛa sunt compositis.

Digressio.

Inducantur pro complemento tractatus nōnulle difficultates ⁊ soluantur: in primis dubitatur nunquid in equo magno sit aliqua pars materie que ꝑfuerit in ipso paruo. Respondet Cōmentator primo de generatione 38. dicens mā ꝫm se totaꝫ fluere ⁊ refluere: ⁊ ꝑp hoc ꝫm mām nō fieri augmentū: forma aūt est ꝑmanens ⁊ nō variaꝭ saltem per se ad variationē māe: vt dixi 2. de anima. 47. ℭ Dubitatur secundo vtrū si virtꝰ restauratiua esset infinita: eueniret mors. Dico multas esse causas interitus: ⁊ vna remota ꝑmanet altera: vnde si restauratum esset eque bonū seu melius resoluto ⁊ pro vita ⁊ pro operationibꝰ: accideret corruptio tunc nō ꝑp defectum humidi: sed qꝛ calor euaporaret: veluti contingit in magno gaudio: hō moriꝭ ꝑp expansionē caloris naturalis ad extra suo simili gaudente: ⁊ dato qꝙ humidū restauratuꝫ esse melius seu eque bonū in qualitate ⁊ quātitate: ⁊ calor nullo mō euaporaret: adhuc viuens ꝑueniret ad mortē: qꝛ elementa appetūt nāliter redire ad loca propria: deinde rium aūt elementoꝝ appetentiū se reducere ad q̄litates ⁊ loca propria: cā est vltīs interitus mixtoruꝫ: quā ob cām mixtū vniforme ab intrinseco deficeret. ℭ Iterum dubitaꝭ que cōplexio sit longioris vite. Dico elemēta in mixto esse equalis potētia atqꝫ virtute: equalitate. s. arithmetica non geometrica. i. elementa sunt in mixto ꝫm qꝙ exposcit forma mixti: ⁊ ē mixtū mediū iter elemēta ꝑ participationē nō ꝑ abnegationē. Et cōmentator. 2. de generatōe. 48. vult miscibile dominās dominatuꝫ remanere in mixto ⁊ fatetur nō dari mediū temperatuꝫ equale: neqꝫ quo ad qualitates motiuas: nec quo ad alteratiuas: sed datur cōplexio temperata institialis ꝫm qꝙ exposcit spēs aliqua: ⁊ inter quattuor complexiones declinātes ab equali sanguinea erit perfectior: malencholica imperfectior. ℭ Postremo dubitatur vtrum humidum radicale pueri sit magis conueniens pabulum caloris q̄ꝫ humidū iuuenis. Respondeo: humidum pueri est vt pallea: iuuenis vt lignū durū: hinc est qꝙ iuuenes facilius tollerant ieiunium q̄ꝫ pueri: ⁊ cum calor humido iuuenis diutius duret: cū ex defectu nutrimenti citius deficiat puer q̄ꝫ iuuenis: erit humidum iuuenis absolute melius pro vita: erit tñ puer longioris vite homine: qꝛ pueritia necessario precedit iuuentutem: ⁊ non potest esse iuuenis quin fuerit puer: vnde existimo humiduꝫ melius pro operationibus esse melius pro vita: cum vita ordinetur ad operationes. Hec sunt que circa Tractatum de causa longitudinis ⁊ breuitatis vite pertractanda proposueram: mox de iuuentute ⁊ senectute sermo noster versabitur.

F I N I S.

ℭ Tiberij Bacilerij Bononiēsis Lectura in Libellum de iuuentute ⁊ senectute.



E iuuentute aūt ⁊ senectute ⁊ vita ⁊ morte nunc dicendum: simul aūt ⁊ de respiratione necessarium forte causas dicē. Quibusdam enim animalium propter hoc accidit viuere ⁊ non viuere. ℭ Quoniaꝫ aūt de aīa in alijs terminatum ē. Et palam: quoniā non est possibile substantiaꝫ ipsius esse corpus. Sed tamē qꝙ in aliqua existit corporis particula manifestū: ⁊ in hoc aliquo habentium virtutē in particulis. Que quidem igiꭍ alia anime: aut partes: aut virtutes. Qualitercunqꝫ quidem oportet notare dimittaꭍ nūc.

ℭ Cum iuuentus sit status viuentis perfectus: ⁊ senectus imperfectus: ꝯcedanturqꝫ iuuētus ⁊ senectꝰ oībus viuentibꝰ subcelestibus: ideo Aristoteles presenti tractatu intendens tractare ꝺ iuuentute ⁊ senectute: approbat tres propositiones: prima est. Cor vel aliquod ꝓportionabile cordi primū ē principiuꝫ vite: sensus ⁊ motus. Secūda ē. Calido perficiuntur operationes oēs viuentis. Tertia est beneficio refrigerationis saluatur calidum naturale in plantis: his tribus propositionibus expeditis finis erit presentis tractatus. Promittit ergo Aristoteles in principio se determinaturū de iuuentute ⁊ senectute: morte ⁊ vita ⁊ respiratione: que quidem multis animalibus necessaria ē ad vitā: defectu cuius ꝑuenit sepe numero occasus: ⁊ mors.

Iterum repetit vnam propositionem scriptā 2. de aīa. 4. 26. anima nō est corpus sed existit in aliqua parte corporis: cuius quideꝫ anime varie partes ⁊ virtutes comperiunꭍ: aīe vegetatiue que plantis datur: virtutes he enumerantur: nutritiua: augmentatiua: generatiua: potentie aīe sensitiue sunt sensus exteriores ⁊ interiores: virtus concupiscibilis ⁊ irascibilis ⁊ virtus motiua ꝫm locuꝫ: si anime intellectiue voluntas ⁊ virtus intellectiua peculiares existunt virtutes. Cum igitur omne viuū sit viuuꝫ per aliquid existens in subiecto: ⁊ quicquid sit viuum: sit viuū ꝑ aīam: erit aīa aliqd existēs ī subiecto: ⁊ cū nullum ꝯpositū sit in subiecto: aīa nō erit substantia composita.

Digressio.

Quia Aristoteles affirmat animam existere ī aliqua parte corporis determinata. Dubitatur: quia anime vegetatiue ⁊ sensitiue oēs cū sint extense ad extensionē subiectoꝝ sunt in toto corpore ⁊ partes in partibus: intellectus vero cū sit indiuisibilis est totus in toto ⁊ totus in qualibet parte: sunt q arbitrantur animam quālibet ꝫm substantiā esse ī toto corpore ⁊ totam in qualibet parte: ꝫm vero virtu-

tes in

tes in varijs partibus corporis inueniri. Cōtra: aīa vegetatiua ⁊ sensitiua sunt extense ad extensionē subiecti: ergo nō sunt tote in toto ⁊ tote in qualibet parte: esse nāqꝫ totum in toto ⁊ totum in quauis parte est conditio forme indiuisibilis: que vbi est tota est. Uirtutes etiā animē sunt inseparabiles ab aīa: licet earum operationes nō manifestentur nisi in determinatis partibus corporis. Tenuit Albertus animam quālibet indiuisibilem esse: ⁊ ſm essentiam in corde: vel cordi proportionabili: est.n. cor fons anime animalis caduce: in quo operatur aīa nobili operatiōe. Contra: aīa vegetatiua ⁊ sensitiua sunt causate a subiecto ergo extense ergo diuisibiles: sunt nāqꝫ tales anime posteriores p se ⁊ mā ⁊ dimēsionibꝰ instituūtur a nā vt forme in mā diuisibiliter recipiantur. Quare veritas peripatetica est: aīa intellectiua est tota in toto: ⁊ tota in qualibet parte: ⁊ informat corpus perfectibile p ipsam: ⁊ non est aīa intellectiua pfectio alicuius membri.i. alicuius organi determīati: anima vero vegetatiua ⁊ sensitiua dicunt esse perfectiones partium corporis ſm ꝙ forme nāles perficiunt per mām: vñ ex hoc ꝙ aīa est pfectio corporis nō infert ipsā esse causatā a corpe: sed bene si aīa sit perfectio alicuius partis: colligit palam ipsā a corpore dependere: cum ergo Aristoteles loqueret hic de aīa vegetatiua ⁊ sensitiua tm̄ potuit dicere aīam esse actū alicuius particule corporis. At dubitabit quispiā: si sensitiua ⁊ vegetatiua sunt extense ergo in partibus diuisis remanebūt ptes aīarum: velut cōtingit vlt in mixtis inaīatis. Dico formas nō viuentiū permanere in partibus separatis: qꝛ tales forme nō requirūt diuersitatem in corpore: anime plantarum conualescunt pp cōsilitudinē ptiū: aīe annulosorū sunt valde similes: ideo talia animalia diuisa per transuersū in vtraqꝫ parte retinent sensum ⁊ appetitū: partita per longitudinem moriunt: aīalia perfecta: qꝛ sunt valde diuerse cōpositionis in organis corporis: non remanent partes aīe in partibꝰ diuisis: aīa intellectiua cū sit nō educta palam est ꝙ nō diuidit ad diuisionē subiecti: sed desinit informare mō hanc modo aliam partem: vñ omnibꝰ mēbris aīalis perfecti ⁊ partibꝰ mēbri officialis satisfacit vna aīa numero actu ⁊ potentia: diuersitas.n. mēbroꝝ ⁊ partiū coꝝ nō infert animarū pluralitatē: at aīa plante ⁊ aīalis impfecti nō habentis vnum principiū.i. mēbrū vnū numero principale: est vna numero actu ⁊ plures potētia in animalibus igitur perfectis est vna anima numero actu ⁊ potētia: in plantis vero ⁊ brutis impfectis est quasi vna specie.

C Quecūqꝫ autem animalia dicunt: ⁊ viuere in his quidē que adepta sunt in vtraqꝫ hec. Dico aūt vtraqꝫ: ⁊ qd̄ est esse animalia ⁊ qd̄ viuere necesse eadem esse: ⁊ vnam particulam: ſm quam viuit: ⁊ ſm quā appellamus ipsum animal. C Animal quidem.n. ſm ꝙ animal impossibile est non viuere. Si aūt viuit: sic aīal existere nō necessariū: plāte enim viuūt qdem: nō habent autē sensū: per sentire aūt animal ad nō animal dterminamus. Numero quidem igit necessarium vnam esse ⁊ eandem hanc particulam: in eē aūt plura ⁊ alterā. Nō.n. idē aīal eē ⁊ viuere.

C Quoniam igitur propriorum sensitiuoꝝ vnū aliqd̄ cōe est sensitiuū: in qd̄ eos qui ſm actum sensus necessariū obuiare: hoc autē vtiqꝫ erit mediū anterioris vocati ⁊ posterioris. Anterius qdem enim dicit: in quo est nobis sensus: posterius aūt oppositū. Adhuc aūt diuiso corpore viuētium oīum superiorū ⁊ inferiorū. Omnia enim habēt superius ⁊ inferiꝰ. Quare ⁊ plante palam: qꝛ nutritiuū principium habebunt vtiqꝫ in medio hoꝝ.

C Particulam enim ſm quā ingreditur alimentum: superius vocamus ad ipsam respicientes: sed non ad ambiens totū. Deorsum autem ſm quā superfluū dimittunt primo.

C Habet aūt contrarie in plantis hoc ⁊ animalibus: homini quidē enim ppter rectitudinem maxime existit hoc animalium habere que sursum particulā ad id qd̄ totius sursum: alijs aūt intermedie: plantis aūt imobilibus existentibꝰ ⁊ accipiētibus ex terra alimentum necessariū semper deorsum hāc habere particulā: pportionales aūt sunt radices plātis: ⁊ qd̄ vocatur os aīalibꝰ: p qd̄ alimentum hec quidem e terra accipiunt: hec autem per ipsa. C Tribus aūt existentibus partibus in quas diuidunt oīa perfecta animaliū: vna quidē qua suscipit alimentum. vna aūt qua superfluū emittit. tertia autē harum media: hec in maximis aīalibus vocat pectus. in alijs autē proportionale. Dearticulata autē sunt magis alteris altera. Quecunqꝫ autem ipsoꝝ sunt processiua apponunt ⁊ particule: que ad hanc administrationē quibus totum fertur kicos crura ⁊ pedes ⁊ habentia eandem his virtutem.

C Sententia stat in hoc. Si erit idē membrum fons ⁊ origo vite ⁊ sensus ⁊ motꝰ: ista propositio erit vā: ſm eandem partē animal est animal ⁊ viuit: sed pp colligantiam virtutis nutritiue cum sensitiua: ⁊ caloris innati cum calore sensitiuo cōcludetur cor vel aliquod proportionale cordi primum esse ⁊ principalissimum membrum: vnde animal eadem aīa ⁊ eodem principio sensibili viuit ⁊ sentit: alia tamē virtute viuit: alia sentit: cum.n. valeat ista consequētia: aīal ergo viuit: ⁊ quicquid sit cū antecedentis sit cū ꝯñtis: ꝯcludendum erit idem membrum originē eē vite ⁊ sensus: hinc panditur error existimantiū cerebrū eē principiū sensus: cor aūt vite: sed intentio Aristotelis est probare idem membrum principiū esse vite ⁊ sensus.

Amplius Aristoteles format istam rationē. Sēsus cōis ⁊ sensus tactus sunt in corde qd̄ est in medio anterioris ⁊ posterioris: su-

perioris ⁊ inferioris: ergo ⁊ principiū nutritiuū erit
in corde: ergo plante habebunt principiuꝫ nutritiuū
in medio harum. ¶ Est aduertendum ꝙ cum ĩ quo/
libet genere sit vnum primū causa aliorum. 2. metha
physice. 4. inuenietur ⁊ vnum membrū principale: ⁊
est cor: qđ in medio situatum fuit: vt cōmodius om/
nibus corporis partibus subuenire posset: ⁊ vt me/
lius conseruaret: ⁊ magis fuit opportunū cor decli/
nare ad superiora: q̃ȝ ad inferiora: magis ad dextruꝫ
q̃ȝ ad sinistrū: ⁊ ad ante q̃ȝ ad post: mirabilis quoqꝫ
eius ꝯpositio ostendit principalitatē suam.

Iterum Aristoteles ostendit naturam supe/
rioris ⁊ inferioris in mundo. Plan/
tis ⁊ animalibus nō esse eandem: vnde superius in
mundo est concauum celi: inferius ē centrū: superius
in plantis ⁊ animalibus est illa pars qua attrahit nu
trimentum: alia pars est inferior. Superius in homi
ne est superius in mundo. Superi⁹ in plantis ē infe
rius in mundo: in brutis vero superiora sic habēt me
dio modo: neqꝫ sunt simpliciter superiora in mūdo:
neqꝫ ĩferiora: ⁊ in animalibus perfectis tres partes
seu ventres: seu regiones inueniūtur. Supior qdeꝫ
media ⁊ inferior. cerebrum ⁊ que cerebro circūponū
tur superiorem constituunt regioneꝫ: cuius quidem
substantia ossosa fuit creata ñ lacertosa: venter auteꝫ
ĩferior cōtinet membra nutritiua ⁊ naturalia. i. stom
chum. Epar splenē: renes: vesicā: intestina: ⁊ matri
ces in mulieribus: cuius vētris substantia ē lacerto/
sa: venter aūt medius comprehendit cor pulmoneꝫ:
⁊ que illis cōtinuātur: sicut sunt alia velamina pecto
ris: ⁊ huius medie partis substantia inuenit ossosa ⁊
lacertosa.

Est aduertendū: ordo differentiarū positionis ĩ vi
uentibus subcelestibus talis est. Plantis dat
superius ⁊ inferius: nō autem ante ⁊ retro: cū nō ha
beant sensum: nec dextrum ⁊ sinistrum cū nō habeāt
motum localem. Brutis imperfectis conceditꝫ supe
rius ⁊ inferius ⁊ ante ⁊ retro: nō dextrum ⁊ sinistrū:
cum in eis nō sit motus localis: nisi motus ꝯstrictio
nis ⁊ dilatationis: animalibus perfectis n atura oēs
concedit positionis differentias: sursum terminat lō
gitudinem: ⁊ est principium motus augmēti: non qꝛ
crementuꝫ nō fiat vndequaqꝫ: sed quia magis appa
ret ſm longum: maior. n. dimēsio corporis animan ē
longitudo: dextrum terminat latitudinem: ⁊ ē princi
pium motus localis: semper enim ĩ latere dextro for
mantur organa motiua: ⁊ animalia perfecta ꝓponūt
pedem dextrum dum ambulant: ⁊ dextrum humerū
ad onera portanda: ⁊ trahitur pes sinister ad corpus
sustinendum ne decidat: quando eleuat pes dexter ĩ
perfectione motus: quare in dextro est maior calidi/
tas a corde ſm basim. Et hec ē cā ꝙ Aristoteles. 32.
particula problematū problemate. 12. dicebat virtu/
tem motiuam in parte dextra potentiorē: sensitiuam
vtriusqꝫ partis equalis vigoris. Ante terminat pro/
funditateꝫ: ⁊ est pars anterior pars essentialis respe/
ctu posterioris: qꝛ in ea fiunt motus ⁊ sensationes.

Digressio.

Queratur propter discordiam inter aucto/
res nūquid sensus cōis sit in cor
de. In primis pars negatiua deducit: qꝛ sensus cōis
instrumentum est pars anterior cerebri: qua quideꝫ
lesa: impeditur operatio sensus cōis. Item spiritus
animalis instrumentū ē sensus cōis: cuius quidē ge
neratio ē in cerebro. Iterū: in corde ē excellētia qua
litatuꝫ tangibiliū: cum cor sit calidissimū: ergo. Rur
sus fantasticū ⁊ sensitiuū sunt idem subiecto: sed vir/
tus fantastica est in cerebro: ergo ⁊ sensitiua. Ampli
us nerui oriunt a cerebro: ⁊ sunt organa sensuuꝫ: er
go: iste rōnes satiunt vt multi clarissimi auctores te/
neant cerebrum esse primuꝫ membrum ⁊ principale
⁊ organum sensuum: a quo neruos originari plane
affirmant.

Contra cor primo formatuꝫ nullo alio mēbro
formato sentit: ergo sensus tactus est
in corde: ergo ⁊ cōis. Itē animal inquātū aial viuit:
ergo idem est organū vite ⁊ sensus. Iterū est cor pri
cipium vite: sensus ⁊ motus: quas quidem virtutes
influit cerebro per arterias adhuc ipsis virtutib⁹ in/
distinctis existentibus: veluti ⁊ epati largitur virtu
tem factiuam sanguinis per venas: at in operatione
sensus ⁊ motus cerebrū cordi famulat. Amplius ori
go caloris quo fit motus ē in corde. Item indicatur
cor esse principalissimū membrum multitudine arte
riarum que a corde cerebro cōmunicant defferentiuꝫ
illi calorem quo iuuatur in sensu ⁊ motu. Rursus in
somno retrahitur calor ad cor ministrās virtutem sen
sibilem. Amplius ob frigiditatem nō ē dignum cere
brum vt sit primum: propter etiam colligantiam vir
tutis nutritiue cum sensitiua: ⁊ caloris innati cuꝫ ca/
lore sensitiuo palam infertur cor esse primū ⁊ princi
palissimum membrum.

Neqꝫ rationes facte in oppositū ꝯcludūt: ad
primaꝫ dico ꝙ cor est organū principale
sensus cōis ⁊ cum eius operatio manifestet in parte
anteriori cerebri: ideo hac lesa impedit actus ipsius
sensus cōis. Ad scđam: principiū cuiuscūqꝫ spirit⁹:
est a corde: qꝛ tñ ad generationē spiritus aialis com
mēsurat calor cordis ꝑ frigiditatē cerebri: pōt dici
cerebrū esse principiū spiritus aialis: spiritus ēt sba/
liter generat⁹ in corde aliquaꝫ dispositionē acquirit
in cerebro: cū puenerit ad ipsum: ⁊ subtiliat transeū
do ꝑ pelliculas cerebri: originē tñ traxit a corde. Ad
tertiam: calor cordis idoneus est pro opationib⁹ aie
pficiendis: ⁊ dato ꝙ esset nimis excellens: cōtem/
peratur ꝑ frigiditatē cerebri ⁊ respirationē. Ad quar
tam: virtus fantastica est in corde pricipaliter lꝫ eius
operatio ostendat in cerebro. Ad quintā: dico ꝙ ner
ui oriuntur a corde ſm veritatē: taꝫ q̃ȝtum ad mām si
ue radicem: q̃ȝ ēt quo ad formaꝫ ⁊ virtutem: imedia
te tñ vel cum medio: vnde dicebat conciliator diffe/
rentia. 41. neruus nō nascitur a corde inquātū carno
Presenti summa que est a Textu Cõmẽti. 43. vsq3 ad. 90. differit Aristoteles de tactu: actione: passione ⁊ mixtione. A. 43. vsq3 ad 46. agit d̃ tactu: his propõnibꝰ. Ea se tangunt primo que diuersas magnitudines ⁊ positionem habentia: simul habent vltima: vnde requiruntur tria ad tactum hoc modo consideratũ: diuersa magnitudo: locus quo alterũ contineatur: ⁊ q2 eorum vltima sint simul: ⁊ hoc modo corpora mathematica magnitudinẽ habentia: que sunt abstracta ẜm rationẽ non ẜm esse: dicuntur se tangere. Ea dicuntur se tangere secundo: que diuersas habẽt magnitudines: ⁊ positionẽ hñtia: ⁊ quoꝶ vltima sunt simul: ⁊ adinuicẽ agunt ⁊ patiuntur: ⁊ hoc modo grauia ⁊ leuia proprie dicũtur se tangere. Et sicut mouentium quoddam est qd mouet̃: quoddã vero est imobile. Ita facientium quoddam est mobile: quoddam imobile: omne enim faciens ⁊ agens mouens ẽ: ⁊ nõ ecõtra: est ergo mouere generalius q̃ agere. Tacius tertio modo hic q̃ diuersas magnitudines ⁊ positionem habentia: simul habent vltima: quorum quidem vnum mouet: sed nõ est natum ab eo moueri: alterum vero mouetur solum ⁊ non mouet. Se tangentia quarto sunt quorum vnius vis in alterum transit: q̃uis etiam tangens hoc modo non attingat id qd tãgit̃: ⁊ ẜm mõ ail molestia ⁊ tristitia dicit̃ hoiem tangere: ⁊ animũ dolore tactũ dicere solemus: nõ aũt ecõtra dicimus hoiem tangere tristitiam.

Auerrois. 43: dicit intentionẽ phylosophi esse determinare an sint elementa. Contra elementa sunt ptes subiectiue naturalis subiecti phylosophie naturalis: ⁊ artifex non habet potestatem probandi suum subiectum esse: neq3 partes subiectiuas sui subiecti. 2. de anima. 27. Solutio est: probat tñ Aristoteles ista esse principia ex quibus fit aliquid. Item elementa possunt dici natura mixtorum improprie: quia exactissime loquendo nihil dicitur natura: nisi materia ⁊ formã substantialis. 2. physicorum. 10. ¶ Preterea notanter dicit Auerrois: congregatio mixtio est aliquo modo: quia scilicet non est vera mixtio. Rursus docet contrarietatem repertam inter formas ⁊ vnitatem prime materie causam esse actionis ⁊ passionis. Et oẽ agens corporeum agit per contactum aut actione reali aut intentionali.

¶ Cõmento. 44. ait: impossibile est imaginari eas eẽ abstractas a loco: vt mathematici abstrahũt eas ab aliis accidentibus naturalibus: ⁊ corpus naturale non est in loco nisi per suas dimensiones: non per accidẽtia alia: locus ergo inseparabilis est a corporibus mathematicis siue fuerint abstracta in sermone ⁊ esse: siue in sermone tantum. Contra. 4. physicorum. 47. corpus mathematicum non est in loco nisi per imaginationem: Distinctio de loco mathematico ⁊ naturali soluit: de ratione loci mathematici est continere tantum: dimensiones enim necessario occupant locum: siue cũ qualitatibꝰ: siue absq3 qualitatibus intelligantur: imo implicat peripatetice loquendo: hoc corpus cubum esse in aqua: ⁊ latera aque non distare. De ratiõe loci naturalis est cõtinere ⁊ conseruare.

¶ Cõmento. 45. ait: mouens est generalius agente 3. physicorũ. 3. 12. methaphysice. 23. Preterea dicit Cõmentator tactũ in naturalibus sumi cõiter respectu corporũ mouentiũ ⁊ motoꝶ tãtũ: vt sunt corpa celestia pprie respectu eorũ quorũ est actio ⁊ passio ⁊ hoc siue sit vnũ agens ⁊ alterũ patiens: patet cõparatio celo ad hec iferiora. vel vtrũq3 agat ⁊ patiat̃ vt cõstat respectu corpoꝶ sublunariũ iter se. Tactꝰ itaq3 sz veritatẽ repit̃ in his que agũt ⁊ patiunt̃ adinuicem.

Sententia. 46. vsq3 ad. 56. stat in his ppositionibus. Omnino simile ab omnino simili pati nõ põt. Oĩno dissimile ab oĩno dissimili pati ẽt nõ põt. Similitudo ⁊ dissimilitudo est ratio agẽdi ⁊ patiẽdi. Oẽ agẽs cõicans in materia cũ passo in agẽdo repatit̃. Actio ⁊ passio est propter materiam ⁊ formã. Actio ⁊ passio conceduntur silibus ⁊ dissilibus: Cõueniẽtia ⁊ discõueniẽtia est cã actiõis ⁊ passionis.

Auerrois

Auerrois. 46. ait: dicunt autē ⁊ si aliqs opposuerit nobis dicendo q videmus ignem magnum extinguere paruum qui sunt consimiles: ⁊ etiam lumen solis interimere paruum lumen: dicemus q hoc nō contingit nisi propter contrarietatem in quātitate: ⁊ hoc intelligatur sm antiquos: quia cōtrarietas in quātitate nō est de actiuis 4. physicorum. 84. Item ait. 47. cōtrariuz nō recipit suum cōtrariuz: ⁊ dicebat primo physicorum. 51. s. nō alteratur in eius formaz: ⁊ causa expositōis fuit quia voluit Auerrois calidum ⁊ frigidū sm gradus remissos se compati: frigus nāqz sm q est frigus nō recipit caliditatē: neqz alteratur in eam: verūtamen vnuquodqz cōtrariuz agit in tertiū: ⁊ ex tertio: ⁊ ratio est: si calor p possibile eēt abstract° a materia non esset patiens: sed agens: quia passio est merito subiecti tantum: ergo sublato tertio auffertur passio ergo ⁊ actio. ¶ Rursus. 48. sermo antiquoruz verus erat sm partem: falsus sm aliaz: ⁊ erant sermones eoruz cōtradictorij sm intentionē: subcōtrarij sm considerationez: Item ait: quoniam cum cōsideratum fuerit de hoc inuenitur q res agit in aliam rem inquantuz est cōtraria ratione scilicet forme: ⁊ patitur inquātum est similis: ratione materie. Item inquit: ⁊ si simile agit in simile: tunc res agit in seipsam: ⁊ si ita esset: nihil essz incorruptibile ⁊ imobile: omne enim corrumperet se ⁊ moueret se: vnde idem non potest agere in seipsum corruptiue: neqz mouere seipsum sm eandem partem. Potest ⁊ idem habere in seipso principium augmētationis ⁊ alterationis: stante veritate predicte propositionis: redditur autem aqua calefacta frigida per exitum vaporum. 2. de anima. xxv. Preterea. 49. albedo non potest pati a linea: neqz linea ab albedine: nisi accidētalr: si linea fuerit nigra: ⁊ dicitur sm famositatem linea esse albam vel nigram: superficies. n. est subiectum propinquū ⁊ immediatum albedinis. Item si inter magis calidum ⁊ minus calidūz fit actio ⁊ passio: hoc est inquātū sunt contraria aliquo modo. 5. physicorum. 6. ¶ Ulteri° 50. ait: causa autem receptionis est gen° cōmune eis i. materia prima: ⁊ causa actionis est cōtrarietas. Itē inquit: ⁊ non tantuz q ipsa propositio dicens q actiua ⁊ passiua sunt cōtraria est vera: sed etiaz sua conuersa videtur esse vera: intēdit Cōmentator istas rationes: hec sunt contraria ergo actiua ⁊ passiua: hec sunt actiua ⁊ passiua ergo cōtraria: ⁊ talis circulatio non facit simpliciter fidem: aliter enim processus nō est scientificus: quia volebat demonstrationem quia non esse demonstrationē: neqz facere scire. Scire. n. quia nō est scire: vt dixi. 6. physicoruz. 15. ¶ Ampli° 51. actio est ratione contrarietatis: passio conuenientie. Et licet agēs naturale primo natura corrumpat: primo tamen intendit producere sibi simile. Iterum 52. habetur ista propositio: tam similitudo q dissimilitudo est ratio agendi ⁊ patiendi: vñ simile nō agit in simile: simile scilicet in qualitate: gradu raritate: densitate: actione directa nō reflexa: ⁊ modo agendi ⁊ ratio est: quia finis agentis est assimilare sibi passum: ideo absoluta assimilatione cessat actio: dico assimilare inquantū est possibile: agens enim densum agit vt assimilet passum in agendo: agens rarum vt assimilet in agendo: ⁊ in gradu: ⁊ raritate. Alij tamē duabus tantuz sunt contenti limitationibus in qualitate scilicet ⁊ in gradu: sm quos virtus vnita citius non intensius producit.

Item ex. 53. colligit reactio sm qualitates eiusdem contrarietatis: vñ teneo latitudinez actiuitatis ⁊ resistentie qualitatū primarū eē oppositas: quare si fuerit agēs infra spherā actiuitatis passi: ⁊ eius virtus resistiua nō sit maior: neqz equalis virtuti actiue passi: ⁊ nō fortificetur aliunde agens: agens in agēdo repatietur. Et si in medio iter agēs ⁊ passuz inducatur simul caliditas ⁊ frigiditas: tamē non mouetur motibus contrarijs: tales nāqz motus tendunt in eundem terminum ad quez: quēadmodū n. aer existens in igne ad locum nālem descendit: ⁊ i aqua ⁊ terra ad eundem ascendit motibus illis idētitatem specificam seruātibus: ita medium calefit ⁊ infrigidatur non tamen motibus agitat contrarijs: per illos. n. motus deducitur mobile in eandem dispositionem tanq in vnam formam mediam ex caliditate ⁊ frigiditate resultantē. Argumentū de parte repassionis ē a nobis pertractatū. 3. physicoꝝ. 8.

Rursus. 54. ait: ⁊ cū necesse ē vt primū agēs nō patiatur: necesse ē vt sit in nō mā patientis: ⁊ sic est d primo agente: scilicet corp[ore] celesti: quia est in subiecto diuerso a subiecto i quo sunt res patientes: ⁊ si inueniatur hoc agens qd non sit i aliqua materia oio: necesse ē vt non patiatur aliquo modo: neqz essentialiter: neqz accidētaliter. Sensus est: primum agens nō pōt carere materia ad vbi: primum mouens pōt carere omni materia. Et sciendūz est: q primum mouens localiter in genere est celum: primum mouens simpliciter est intelligentia: primū tamen alterans simpliciter est primum mouēs motū qd resoluendum est in primum localiter mouēs imobile: intelligentia nāqz prima mouens primum localiter: nequaquā primum alterans vocari pōt: ⁊ cē ē: vt reor: quia instrumentum intelligentiarum peculiare alterationem non recipit: sed bene motū localē. 8. physicorum. 20.

Item. 55. ait. Causa agens in eo q ē agens alia est a causa propter quā agit agens: scilicet forma: ⁊ ideo equiuoce dicitur de eis hoc nomen causa: vnde causalitas cause agentis cōsistit in mouere aliquid proprie ⁊ realiter: causa formalis est illa q dat esse. Item inquit: causa agens differt a formali i hoc: q agens cum fuerit erit forma: ⁊ erit in patiēte: sed forma cuz fuerit: nihil fiet in patiente. i. forma inducta cessat actio: habitibus. n. presentibus in materia cessat motus. Itē ait: calor si esset abstractus: ageret ⁊ non pateretur: ⁊ non haberet causam efficientē nisi sm similitudinem. 4. celi primo. 3. de aīa. 5. 36. sepenumero affirmaui istam propositionē: oē pductuz ē nouū: q2 nō esse producti antecedit esse illius tempore nō natura tantū.

A textu Cōmenti. 56. vsqz ad. 77. incipit Aristoteles inuestigare qualiter veniat agens ad patiens: vt ei imprimat formaz: alij voluerunt medium esse poros per quos quidē fieret actio ⁊ passio: ⁊ mixtio: in corporibus nō transparētibus: que sunt corpora intra se lumen non admittētia erāt pori tortuosi ⁊ inordinati: in transparentibus vero q sunt recipientia lumen in partibus interioribus inueniebantur pori ordinati: verꝫ quia nō sunt pori i celo ⁊ elementis naturalissime dispositis: ideo p illos nō fiebat mixtio neqz visio.

Sententia. 57. 58. 59. Leucippus ⁊ Democritus dixerunt actionem ⁊ passionem fieri per contactū athomaliuz. Parmenides

⁊ melissus ponētes tantū vnū ens ⁊ imobile: vnū finitū: alter infinitū: negauerūt omnē actionē ⁊ passionē: non erant.n.multa entia fm veritatē: sed fm tantū apparentiā: pᵒ physicorū.41.⁊ opinari sic ⁊ credere ita esse in re iudiciū est demētie manifestū: experimētū.n.sermonū verorū est vt cōueniat sensatis.8.physicorū.22.26.

Sententia. 60.61.62.63. Leucippus ⁊ Democritus nō negauerunt multitudinē entiū: sicut Parmenides ⁊ melissus: ⁊ fuit positio Democriti ceteris rationabilior: saluauit.n. omnes mutationes: quas alij saluare nō poterāt: iste opiniones sunt adducte primo huius a Textu Cōmenti primi vsq; ad.11.

Sententia. 64. Non possunt corpora indiuisibilia esse inuicem actiua ⁊ passiua per vacuū: qꝛ mediū dꝫ esse actiuū ⁊ passiuū hinc est ꝙ non fit visio nisi per mediū dyaphanum 2.de anima.74.

Sententia. 65. Si vnum cōtrariū reperitur ⁊ alterū: hec propositio est vera: actu vel aptitudine: dicit Auerrois grauitatem ⁊ leuitatē apparere priores qualitatibus alteratiuis: causa est: qꝛ grauitas ⁊ leuitas sunt forme sbales.4. celi pᵗᵒ.20. sunt quoq; elemēta prius mobilia motu locali ꝙ̄ motu alterationis.

Cōmento. 66. formatur hec consequentia: grauius ergo calidius: que tenet qꝛ si grauius ergo ⁊ leuius: ergo ⁊ calidius: qm̄ leue est leue p caliditatē que rarificat partes materie sue: ⁊ facit ipsum leue.

Circa. 67. Sciendū ꝙ densitas dicit partiū propinquitatē: propinquitas aūt partium materie in actu que in potentia est ad vbi: densitas ē in celo: que qdem ad luminositatē cōducit: sed propinquitas partium materie in potentia ad formas substantiales in subcelestibus existit corporibus ⁊ causa opacitatis.

Auerrois. 68. Format istā consequentiā: hec differunt in naturis ergo in aliquo differunt ergo sunt diuisibilia. Contra: qd de intelligētijs. Dico ꝙ loquit fm antiquos nō ponentes nisi differētiā fm situ ⁊ ordinem.

Sententia. 70.71.72.73.74. Stat ī hoc declarat Aristoteles nō eē possibile aliqua esse corpora indiuisibilia que sint rerum principia: qꝛ si essent eiusdem nature: cōtinuarent ⁊ totus mūdus esset vnum corpus cōtinuū: ⁊ nō essent inuicē actiua ⁊ passiua: si alterius ⁊ alterius nature: ille nature essent principia: ⁊ non talia corpora: ⁊ dicit Cōmentator figuras nō esse principia: qꝛ figure sunt posteriores illis differētijs: imo elemēta nullā hñt figurā.4.celi.26. talia indiuisibilia si ab extrinseco mouerent essent passiua: si a se: essent diuisibilia i partem mouentē ⁊ motā: vel actus ⁊ potentia in eodem cōgregabunt. Ex hoc loco colligitur indiuisibile alterari nō posse. Tenet Marsilius implicare cōditionē punctū esse qualē seu calidum: qꝛ si caliditas que nunc est in subiecto diuisibili ponat in puncto: essꝫ finite ⁊ infinite intensionis: ideo arbitratur punctum nullo modo alterari posse: nec per se: nec p accidens: sed tm̄ fm imaginationē: pōt tñ dici ꝙ caliditas in puncto nō esset alicuius intensionis: qꝛ eēt dempta quātitas: ⁊ si esset alicuius intensionis esset infinite intensa: ⁊ hoc casu nullatenus ageret: ⁊ tūc corolarie sequit aliquā caliditatē finitam maioris eē potētie caliditate infinite intēsionis: pꝫ de caliditate i subiecto diuisibili ⁊ alia subiectata in puncto.

Sententia. 75.76. stat in hoc: ostendit Aristoteles frustra poros poni pp actionē ⁊ passionē: ⁊ licet interdum pori faciant ad facilitandā actionē: non tñ semp: nō sunt ergo ponēdi Pori vt corpora agant ⁊ patiant.

A textu Cōmenti.77. vsq; ad.82. declarātur pprietates actionis ⁊ passionis: quas principijs explicate. Pria ē: patiens tale est fm qualitatem potentia: quale agens est actu. Est nāq; mobile potentia tale: quale mouens est actu: oē ēt agēs agit fm ꝙ est in actu formaliter vel virtualiter: patit fm ꝙ est in potentia .3. physicorum.17.8.physicorum.55.

Secunda conditio est. Debet passum esse passibile fm quālibet partē: ⁊ ita partes centrales terre ⁊ ignis contangentes celum sunt corruptibiles ⁊ de facto aliq̄n corrūpent.

Tertia est. Patiens magis dispositum magis patitur: ⁊ minus dispositū minus: magis enim dispositum minus resistit: ergo velocius patitur.

Quarta est omne patiens continuū est fm magnitudinem ⁊ non in partes diuisū si nanq; passum foret actu diuisum: essent plura patientia ⁊ non vnum.

Quinta est: agens debet eē propinquū passo vt ipsum tangat: mouens.n.primum ⁊ proximum simul est cū moto. Quo fit vt quelibet pars continui sit diuisibilis: ⁊ vt antiqui male dixerint: non passe scilicet fieri generationem: corruptionem: actionem ⁊ passionē: nisi corpora reipsa diuiderentur: ⁊ in partes distraherentur: vt nisi fiat corporum congregatio: aut segregatio. Nō etiā fit augmētatio aut passio ex athomorū congregatione: nā si fieret non quelibet pars aucta inueniretur: sed ea tantum cui aduenirent athomi: perinde vt si glatiei circūponeretur aqua que continue in glatiem mutaret nūq̄ interiores glatiei partes augerentur: sed tantū exteriores: ⁊ si manui aduenirent athomi: manus tantū augeretur ⁊ non pes. Unde est aduertendū ꝙ ad congelationem ex parte materie requiritur aqua: ⁊ terra: quia apparet aqua turbida post degelationē: ⁊ exalatio sicca per quā melius constringūtur partes inuicem aque ⁊ terre: alioquin non ascenderet glaties in aqua: ex parte efficientis frigiditas ⁊ determinatus astrorum aspectus: que omnia ɔcurrunt ad clausuram ⁊ constrictionem aque ⁊ terre simul: ⁊ ɔmixtionem exalationis sicce cū illis. Et dicit Cōmentator cōmento.80. videmus idē corpus reuerti modo humidum: modo siccum: tamen eadē natura remanente sine diuisione contingente ei ⁊ sine compositione ⁊ sine diuersitate in situ partium: ⁊ in ordine: ex qua auctoritate patet error eorum qui credunt rarefactionem esse motum ad situm tantū: hucusq; itaq; ē declaratum: propter quid est actio ⁊ passio: quibus conuenit actio ⁊ passio. Que sit cā actionis ⁊ passiōis ⁊ quo modo fiat actio ⁊ passio.

A textu Cōmēti.82. vsq; ad.90. inuestigat qd sit mixtio: qd miscibile: an mixtio sit: ⁊ quomodo fit.

Sententia. 82. stat in hoc. Sunt qui mixtionem fieri nō posse ostēdūt: hoc modo

modo: aut miscibilia manent in mixto: et sic: nō po/tius post mixtionē dicerent mixta ꝙ ante: aut vtrū/ꝗ miscibiliū perit: et ita nō erit mixtio: quia que non sunt: mixta esse nō possunt: aut vnum manet et alterum non: sed hoc non: quia quod nō est: alteri misceri nō potest. ¶Est cōsiderandum: reperitur mixtio cuius miscibilia manent ante et post mixtionem actu: vt mixtio qua miscetur granum grano: alia est mixtio cuius miscibilia pereunt: sed partes quantitatiue manent actu ante et post mixtionem: vt mixtio qua miscetur vinum aque: alia est cuius miscibilia sunt ante mixtionem: non post: vt mixtio elementorum pro generatione tertij: alia est mixtio de qua loquitur Aristoteles hic: que est: cum elementa omnia veniunt ad mixtionem: vnde omnia miscibilia cōsistere se hūt ante et post et dissimilr se hūtante et post:

Sententia. 83. stat i hoc. Mixtio nō est generatio: nec alteratio: nec augmentatio: neq; ecōuerso: nō est generatio: q: forma substātialis nō miscetur materie: nec materia forme cum nō sint corpora naturalia magnitudinē habentia: quorum vnū ab altero separari et seorsum saluari possit: sed vna forma substātialis deperditur: et altera acquiritur: in mixtione vero nulla acquiritur aut deperditur substantia. Nec mixtio est alteratio: quia qualitas nō miscetur suo subiecto: cum prius separatim existens: postea suo subiecto non coniungatur: vnde caliditas non admiscetur aque: nec frigiditas ligno. Item ab augmentatione differt mixtio: quia in augmentatione forma substātialis cibi deperditur: et forma nutriti in eius mā acgrit: in mixtiōe vo nulla deperdit forma substātialis.

Sententia. 84. Miscibilia in tertio ex eis aggregato non actu manent: sed potentia: nō enim miscibilia corrūpuntur: nec alterum: sed eorum virtus saluatur: et dicit Auerrois ideo dicimus ꝙ nō corrūpebant perfecte: neq; remanserunt: sicut fuerunt ante istum: et nō dicit Cōmētator ꝙ simplr nō remaneāt: qnimo ſm ipsum remanent actu in mixto. 3. celi. 67.

Sententia 85. 86. narratur opinio antiquorum dicentium mixtionem fieri per iuxtapositionem minimorū ſm sensum: ſm hāc opinionem mixtio erat cōpositio: et non quelibet pars mixti erat mixta et ꝗ erat mixtum vni erat mixtum alteri. Recitatur et opinio dicentium mixtionem fieri per iuxtapositionem minimorū ſm formā: et est minimum ſm formam: cū paro non est eiusdem denominationis cum toto: ſm hanc opinionē: non quelibet pars mixti est mixta. Alij voluerunt mixtionem fieri per iuxtapositionem indiuisibilium que tamē indiuisibilia nō dari manifestum est.

Sententia. 87. 88. Miscibilia sunt eandem speciē habentia materiam: solum eis cōmunicantia in materia sunt adinuicem actiua et passiua: et dicit Cōmentator esse mixti consistere in temperamēto qualitatum primarum. Item miscibilia debent esse proportionata in magnitudine et paruitate et inquit Auerrois: facilitatem mixtionis esse ex humido: difficultatem ex sicco: et hoc nisi humida sint viscosa.

Sententia. 89. 90. Mixtio fit miscibilib⁹ in potētia adeq̄us: dicit Auerrois quantitas est subiectum illius qualitatis duorū mixtorum idest natura qualitas sunt equalia aut prope: dicit prope: propter equale ad pondus. Cōmento. 90. non contradicit Auerrois Auicenne: sed 3. celi. 67. vnde putauit Auicenna formas substantiales elementorum non intendi: nec remitti: sed qualitates duntaxat. Et docet Albert⁹ ꝗ q̄litatē alia ē arithmeticam: aliam geometricam idest alias absolutam: aliam respectiuam. Elementa non sunt equalis contrarietatis: non est adequatio in actiuitate: non in resistentia: non est tanta actiuitas: quanta resistentia: sed debet esse adequatio in comparatiōe ad determinatam formā. Est ergo mixtio miscibiliū alteratorum ſ corruptorum vnio.

Digressio.


Primus liber de generatione quibusdā absoluatur documentis: primū sit tale. Elementa virtute propria nō habent potestatem producendi mixtum: neq; accidentia substantiā: hoc fundamento: demonstratā forma mixti nunc producta: immediate ante hoc instans alicuius certe difficultatis fuit illam formam producere et īmediate ante hoc minor fuit potentia actiua elementorum: quia remittebatur ad non gradum: ergo: in productiōe enim alicuius forme est difficultas et corrumpendi et producendi formam: aliter ignis posset producere hominē: quoniam potest tollere dispositiones resistentes iductioni forme hominis. Iterum elementa nō sunt causa vniuoca: quia non eiusdem rationis: nec equiuoca: quia non sunt perfectiora mixto: nihil enim potest agere vltra gradum proprium. Contra: possibile est mixtum nunc primo habere esse: et illud qd prio egit ad productionem illius nunc primo non esse: ergo: probatur assumptum. Tū quia: eadem est natura forme permanentis in primo instanti sui esse et post: sed post non repugnat: ergo nec ante. Tum quia forma permanens est tota simul ergo cum est facta non requirit agens: in primo sui esse est complete producta: ergo. Tum quia forma in primo sui esse non reqrit materiam in potentia ad ipsam: ergo tunc nō requiritur agens ipsam formam. Secundo principaliter arguitur. Accidens virtute propria potest pducere substātiam: ergo. Tum quia calor virtute propria potest disponere ergo inducere. Tum quia calor potest corrūpere virtute propria substantiā ergo et generare: potest nāq; calor summus inducere in aquam calorem incompossibilem aque. Tum quia: ignis non agit nisi vt calidus: nā elementa agunt et patiuntur inuicem nisi per qualitates primas. Solutio est: in primo dico ꝙ repugnat naturaliter aliqd sub certo gradu actiuitatis īmediate ante hoc instans qd est presens fuisse et illud idem nūc non esse. Insuper dicitur forma permanens: non quia possit esse sine agente: sed sic vocatur: quia omnes eius partes simul sunt. Iterum in primo instanti forma requirit agens prius egisse et nunc esse in producto esse. Ad secundū principale respondetur calorē non posse virtute propria disponere pro forma substantiali: neq; corrūpere virtute propria: neq; inducere in aquam calorem incōpossibilem aque. Iterum ignis non agit īmediate p formam substantialem: sed per calorem: tamen forma ignis est ei prima ratio agendi: et sic calor sit igni ratio calefaciendi: non tamen generandi substātiā: vnde sole qualitates elementorum sunt elementis proxima ratio agendi: non tamen prima et principalis. Et si per possibile caliditas esset separata a subiecto: et ageret: vir

tute celesti duntaxat disponeret & induceret substantiam.

Secundum documentuz sit tale. Elementa nō fm esse perfectum: sed remissuz & imperfectū remanent in mixto: qualitates nāqz in summo in mixto non reperiuntur: ergo neqz forme elementorū fm esse perfectū & summuz: vñ cum qualitates elementorū intendantur & remittantur: & suscipiant magis & minus: & sint passiones eorūdez: forme quoqz elementorum substantiales intendentur & remittentur: suscipiantqz magis & minus: & ita erūt gradus forme substantialis ignis distincti a gradibus qualitatum. Cum enim elementuz sit id ex quo componitur aliquid & est in eo: & indiuisibile in alteram speciem: & vnūquodqz maneat in illo quod componitur ex illo: permanebūt elemēta formaliter in mixto. Item non est elementuz nisi elemētatū: & sunt elementa materia mixti: ergo remanent in mixto. Iterum mixtio est alteratoruz & non corruptoruz vnio: miscibilia enīz in mixto non sunt corrupta. Contra: substantia & accidens distinguuntur p rationes contradictorias ergo inter illa non existit mediuz. Dico q inter substantiaz perfectaz & accidens est mediū per participationē conditionū substantie perfecte & accidentis. Iterum: nihil est medium inter ea que sunt diuersoruz generuz: sba & accidens sunt diuersorum generum ergo. Dico nihil esse mediuz per participationem diuersoruz generuz: cum hoc tamen stat formas elementoruz mediare inter substantias perfectā & accidens: quantuz ad conditiones conuenientes substantie & accidenti. Rursus: forme substantiales elementoruz intenduntur & remittuntur ergo acquiruntur per motuz: distinguendo motuz contra generationez. Dico motuz & generationez differre ex parte subiectoruz & terminoruz: subiectuz generationis est materia prima: subiectuz autez motus est completum actu: ad formas itaqz elementoruz est verissima generatio licet successiue intendantur. Item vnum mixtuz esset quattuor supposita & in quattuor speciebus: quia quelibet forma substantialis cōstituit suppositum in determinata specie. Dico formaz elementi in mixto non denominare: tum quia in materia in qua existit est aliqua forma nobilior: tum quia est ibi fm esse imperfectuz & remissuz: vnde cum ex mixto generatur mixtuz: elementa acquirunt talez proportionez qualem requirit forma mixti generati: tenenduz est ergo in mixto elemēta formaliter remanere: mixtio nāqz est miscibiliuz alteratorum vnio: alteratio autem & vnio non conuenit eis que nō sunt: vult Aristoteles elementa non corrumpi cuz veniunt ad mixtionem.

Tertium documentuz tale est. Inquirendū est quo modo elementa in mixto habent situz: vl' eniz habent situ distinctum: vel nō: si sic: non quelibet pars mixti esset mixta: si non: daretur penetratio corporuz. Dico q elementa veniūt ad mixtionez: cum tria agunt in quartuz: cuius materia venit sub formis elementorum refractis: vbi prius inueniebatur sub forma elementi intensa & perfecta sed pro nunc hec sufficiāt. 3. celi hanc materiā diffusissime tractabo.

Tiberij Bacilerij Bononiensis Lectura in secūdū librū de generatione.



De mixtione quidem. Intentio Aristotelis in hoc secundo libro est determinare de vocatis elementis & eorū contēperamētis. A textu Cōmenti primi vsqz ad. 24. inuestigat numerū qualitatuz primarū: & elemētorū. A. 24. vsqz ad. 46. differit de generatiōe elementorum. A. 46. vsqz ad. 51. agit de generatiōe mixtorum. A. 51. vsqz ad 70. loquitur de causis omnibus generationis & corruptionis.

Sententia Textus Cōmenti primi. 2. 3. 4. 5. talis existit. Veteres pricipiū materiale dixerunt esse ens actu: siue id elementum esset siue medium aeris & ignis. Errauit Plato: primo quia nō clare expressit an materia sit corpus simplex: an mixtū. Scdo qr hac vtebatur similitudine sicut aurū subicit rebus ex auro factis: ita mā subiciebatur rebus naturalibus.

Est primo aduertendū. Eiusdem artificis officiuz est considerare de generatione & de eo qd primo est causa generationis: & sunt elementa: veluti illius sciente cuius officium ē cōsiderare primū ens: eiusdē officiū ē cōsiderare ens inquātū ens.

Iterum ait Auerrois: amplius de generatiōe & corruptione simplici eōi simplicibus & compositis idest mixtis. s. que erit ex vno in vnuz. Sēsus est: vt generatio est mutatio vnius ex vno. i. a priuatione ad habitum: tractatur primo & 5. physicorum: & primo libro de generatione: vt est vnius ex multis idest mixti ex elementis inquiritur hoc secundo libro.

Item inquit: quoniā si omnia composita fuerit sensibilia necesse est vt elementa eorum propinqua sint sensibilia: ratio est: quia elementū remotū vt est materia prima nō est sensibile. 3. celi. 61. corporum etiaz sensibiliuz sublunariū qualitates prime sunt differentie. 2. de anima. 117. 3. de aia. 63. 3. physicorum. 48. & hac lege maior est colligantia potētiarū q obiectorū: quantitas eniz nō sentitur ab aliquo sensu exteriori nisi sit coniuncta sensibilibus proprijs: quare manus applicata celo ipsuz nō tangeret: neqz perciperet eius ibi non sint qualitates prime.

Amplius ait: omne corpus existens in actu non pōt fugere contrarietatē: vnde si esset vnuz corpus cuius vna medietas sit calida & altera frigida: vna grauis & altera leuis. Vel esset tale corpus non actu: sed potentia calidum & frigidū graue & leue. Vel sentienduz est tale corpus collectiue esse calidū & frigidū: nō diuisiue: quēadmodū dici consueuit de scuto cuius vna medietas sit alba & alia nigra.

Item Sciendū est q materia est magis substātia ipsa forma: si substantia dicatur a substando: forma autē quia dat perfectionē cōposito: est magis substātia materia. Et si Aristoteles primo physicorū. 69. declarauerit naturā materie prime per cōparationē auri & ligni ad opera: & hic in hoc reprehēdatur Plato. Dico q forsitan arbitratus est Plato illaz esse omnimodā similitudinē: nō sic Aristoteles

& hoc ē

⁊ hoc est ꝙ inquit Auerrois: ⁊ hoc quod dixit nō est verum in rebus generatis: sed in rebus alteratis in quibus videlicet subiectum est ens actu: ibi in potentia.

Sententia. 6.⁊.7. stat in hoc. Semper materia in potentia que est pars essentialis omniuʒ corporū sublunariū est cōtrarietati copulata: que quidem subiectuʒ est ⁊ radicale ⁊ totale generationis ⁊ formaruʒ substantialiū: accidētium autēʒ est subiectū radicale non totale. Rursus qualitates tactu perceptibiles sunt principia ⁊ differentie elementoꝝ: quibus vnuʒ ab altero differre cognoscimus: queruntur eniʒ elementorū differentie vt sensibilia sunt: ⁊ vt sunt actiua ⁊ passiua. Iteʒ priuatio que est in prima materia nō denudatur a primis qualitatibus cōtrariis. 2. physicoruʒ. 15. que quideʒ cōtrarie sunt principia omniū que generantur ⁊ corrūpuntur. i. in generatione substantiali non dicitur materia sub imperfecta forma: nisi ratione qualitatū primarū. Amplius si quis dicat. Elementa sunt corporum naturaliuʒ prima ergo sm primas sumentur qualitates: at qualitates visibiles sunt priores tangibilibus. Solutio est: elementa sunt priora sm ordineʒ generationis: nō sm perfectioneʒ: ⁊ dicit Auer. non potest aliquis dicere ꝙ cōtrarietas que est in visu est prior ꝯtrarietate tactus: nō enim querimus in hoc loco prioritateʒ sm fineʒ ⁊ formaʒ: sed sm subiectuʒ ⁊ materiā que est prioritas sm naturā. Sensus est: cōtrarietas que est in visu est prior sm formaʒ cōtrarietate tactus: cōtrarietas tactus prior est sm materiaʒ ꝯtrarietate visus: ideo hec simplr prior est: i cū materia absolute sit prior forma: obiectū autē visus est sm cōtus causalitate: non tamē predicatione obiecto tactus: neqʒ in elemētis nāliter dispositis inueniunt colores: que qdem si visibilia existant: nō tū p colōreʒ propriū sed p alienū percipiuntur.

Sententia. 8. vsqʒ ad. 16. stat i hoc. Quia non secundum grauitatem ⁊ leuitatem: sed secundum calidum: frigidum humidum ⁊ siccum elementa sunt actiua ⁊ passiua: ideirco sm calidū: frigidū: humidū ⁊ siccū sumenda ē differentia ⁊ numerus elementoꝝ: ⁊ nō sm grauitatem ⁊ leuitatē. ¶ Et primo notanduʒ: inueniuntur duo sensus tactus: vnus respectu calidi: frigidi: humidi: sicci: alius respectu grauis ⁊ leuis: cū. n. sint duo modi immutandi tactū: alteratione. s. ⁊ motu locali: ponūtur duo sensus tactus. 2. de aia. 108. Iteʒ calidū congregat homogenea ⁊ entia cōsimilis nature. Ethero genea diuerseqʒ nature entia seiungit: dicit Auerrois: cōgregationi homogeneorū accidit seggregatio etherogeneorū. i. cōgregare per se cōuenit igni: seggregare vero per accidens. Est autē frigiduʒ qd ⁊ homogenea ⁊ etherogenea cōiungit: multa nāqʒ alterius ⁊ alterius nature p frigiditatem cōsolidant: ⁊ ait Auerrois: frigus est cōgregās ⁊ determinans homogenea ⁊ etherogenea.

Iterum humidum est male terminatū termino pprio ⁊ bene terminabile termino alieno: humida nāqʒ ⁊ fluida figure continentis sese promptissime accomodant: siccū vero diffinitur id esse: quod bene terminatur termino proprio ⁊ male termino alieno.

Item. Subtile: Grossuʒ: Lubricū: Aridū: Molle: Durū: ad aliquas pdictaꝝ qttuor reducunt: pserum ad humidū ⁊ siccū: nam subtile reducitur ad humidū: sicut enim humidum facile replet continens ⁊ eius concauū tangendo figuram sequit ita subtile ⁊ multo facilius i ꝯtūis id sensui: minus sit cōpertū. Grossuʒ autē reducitur ad siccū quod est humidi oppositū. Est nāqʒ regula generalis: si quattuor sint accidēns: quorū duo pria sint opposita: ⁊ duo etiaʒ postrema: si tertiuʒ est in primo: ⁊ quartum erit in secundo.

Amplius lubricū reducitur ad humidū: nā lubricū est humiduʒ: aliquid pinguedinis ⁊ viscositatis habens admixtū: vt oleum. Aridū autēʒ lubrico oppositū reducitur ad siccū oppositū hūidi. Itē durū quod coagulatū est reducitur ad siccū: nā extrisecā habet siccitatē: vt metallū. Molle reducitur ad humidū: quod in seipsuʒ cedat: vnde multis modis dicitur humidū: primo qd extrinsecā in parte exteriori ⁊ sibi non naturaleʒ habet humiditatē: vt terra perfusa pluuia: herbe asperse rore: ⁊ tale humidū dicitur vdū. Secundo est id quod alienaʒ ⁊ sibi non conuenientē humiditatē habet in partibus interioribus: vt terra cū pluuiā imbiberit: ⁊ spōgia ⁊ lana aque imersa: ⁊ dicitur infusuʒ. Tertio dicit qd naturaleʒ ⁊ sibi conuenienteʒ habet in profundo humiditateʒ: ⁊ dicitur coagulatuʒ: vt metalluʒ solidū intimis latentē retinet humiditateʒ. Quarto qd naturalem ⁊ in superficie ⁊ in profundo retinet humiditatem: vt aqua ⁊ aer: ⁊ hic modus proprius est. ad quē tres priores reducuntur. Differentie igitur elementorum sm quattuor primas qualitates tangibiles sumende sunt.

Digressio.

Inquiratur nūquid caliditas: frigiditas: humiditas ⁊ siccitas sint qualitates prime. Pars affirmatiua est vera: inter enim qualitates sensibiles conuenientes generabilibus in quantum generabilia ipse sunt priores ordine ⁊ causalitate: cum actione earuʒ generarentur alie in simplicibus ⁊ mixtis: graue enim ⁊ leue: duruʒ: molle: lubricū: aridū: asperū: lene: grossuʒ: subtile: rarū: dēsuʒ ad illas quattuor reducuntur. In primis graue ⁊ leue sunt posteriora qualitatibus primis: quatenus videlicet dicunt ⁊ important grauitationē ⁊ leuitationem ⁊ motus quosdaʒ deorsuʒ vel sursuʒ: quia ergo hec nomina graue ⁊ leue significant contrarietatem sm motuʒ tantū sine alteratione ⁊ passione: ideo grauitas ⁊ leuitas non sunt qualitates prime. Item ait Auerrois: Alexander dicit ꝙ Aristoteles tacuit densitatē ⁊ raritatē: aut quia collocātur sub graui ⁊ leui: aut sub duro ⁊ molli: ⁊ tacuit asperitatem ⁊ lenitatē: quia asperitas est siccitatis: ⁊ lenitas ex humiditate: ⁊ hoc quidem non est manifestū: vitrū. n. rarū ē ⁊ durū: ⁊ vitrū est lene sed non humidū. Similiter etiaʒ vitrum rarū est ⁊ graue: nubes autē dense ⁊ leues: ⁊ visuʒ est: quoniā non tacuit raritatem ⁊ densitatē nisi propter hoc ꝙ sunt qualitates non actiue consequentes calorem ⁊ frigus: raruʒ nāqʒ insequitur caliditatem: densuʒ frigiditatē. Contra: aliquid est calidius ⁊ densius: ergo. Solutio: in elementis calidius ē rarius: non in mixtis: ⁊ frigiditas copulata siccitati cā est maxime densitatis. Utrū vero detur influentia distincta realiter a motu ⁊ lumine: qua celuʒ conseruet elementa frigida declaratur. 3. celi. 42. tenendum est tamen ad mētionē Auer. celū duplici dūtaxat instrō motu scilicet ⁊ lucē agē in hec inferiora.

Sententia. 16.vsq ad.24.stat in hoc:tantū sunt quattuor elementa: cū sint quattuor cōbinationes vtiles quattuor primarū qualitatū. Ignis est calidus & siccus:sed primo calidus. Aer calidus & humidus:prio humidus. Aqua frigida & humida:primo frigida. Terra frigida & sicca:sed primo sicca.

Est Primitus aduertendum. Regula arithmetica aduertenda est. Deme a numero pari duo:ipsum multiplica p residui medietatē:& adde medietatē numeri:& erit numer⁹ cōbinationū. Deme a numero impari vnū:& per medietatē residui multiplica ipsum: quare quattuor erunt elementa:& multiplicatis mixtis non est necesse elementa multiplicari quo ad supposita.

Item sciendum:omne actiuū habet suū subiectum propriū:calidū ignis habet siccum:calidum aeris humidū:frigidū aque humidū: frigidum terre siccū:& hac lege nō inconueniens idem esse subiectū contrariorū. Ex ordine etiā qualitatum sumitur ordo elementorū:si aqua sit primo frigida:neq opus est elemētū quodlibet aliquo decorari animali:sunt quoq tres motus sm speciē subalternā: sm specialissimā sex:& ita sunt tantum quattuor elementa.

Iterum aduertendū:intensior est caliditas in igne hic q in elementis:eo quod ipsa suscipitur in solidiori subiecto:& est factū ad finem generationis:ne ignis scilicet reliqua corrūpat elementa:caliditas.n.ignis fortificatur propter materiam suscipientē:si enim aliquod est primū & sit cā alicuius:id pōt sibi amplius & minus in esse sz subiecti susceptionem.

Amplius qualitates motiue sunt quattuor spē distincte:& in elementis quelibet illarū est sub esse intenso & perfecto. Motus etiā elementorum sunt diuersi specie & natura: tum quia motus elementi est simplex: ergo causa principalis & instrumentalis est simplex:primo celi.8.tum quia in elemētis mediis forme sbales sunt sm esse pfectū ergo & qualitates motiue.

Item sciendū in elementis reperiri ambas qualitates in summo:quo tamē non obstante ignis est primo calidus. Aer primo humidus. Aqua primo frigida. Terra primo sicca:per has enim qualitates elementa magis resistunt cōtrariis q p alias secundario eis conuenientes. Quodlibet ergo elemētum duas habet qualitates:vnam actiuam: alteram passiuam:tum propter contrarietatem quam habēt elementa adinuicem:tum quia vnūquodq elementum est miscibile cū alio:& habet vnūquodq elemētum vnam illarum in summo & primo:aliam secūdo: duo enim non sequūtur eandem formā numero immediate & eque primo.& cū hoc stat vnūquodq elementū habere ambas qualitates in sūmo:qn elemētum est in sua naturali dispositione: si enim in elemētis esset qualitas remissa:omnia elementa essent simbola:quia remissio est per admixtionē contrarii:simplex etiam forma elementi non potest hre truncatā qualitatē. Et si esset in terra frigiditas remissa sine cōtrario:vt multi opinantur:latitudo in instanti induceret:& esset ignis remissi caloris dato q terre sūme sicce & frigide vt.4.applicetur ignis.sublatis enim quattuor gradibus frigiditatis:erunt inducti totidē caliditatis:& ita erit ignis naturaliter dispositus:remisse:truncateq caliditatis. Itē:elementa naturaliter disposita licet habeant ambas qualitates in sūmo: vt tamen veniunt ad mixtionē non sunt elemēta summa. Elemēta quoq per qualitates quas sibi prio determinant magis cōcurrunt ad mixtionē q per qualitates quas secundo sibi vendicant:& attentione dignissimū est: sicut ignis & terra contrariantur contrarietate extremi ad extremū: quia ignis in trib⁹ ascendit elementis:terra in tribus descendit:ita aer & aq cōtrariantur contrarietate extremi ad extremū: quia aer descēdit in vno & ascēdit in duob⁹:aqua ascendit in vno:& descendit in duobus:his dictis ꝯstat tantū esse quattuor elementa.

Sūma secunda Secūdi libri de generatione.



Quoniam autem determinatū. Presenti sūma que est a Textu Cōmēti.24.vsq ad 46 disserit Aristoteles de generatione elementorū:his propositionibus. Elemēta adinuicē generātur & corrūpunt. Elemētorū quodlibet ex altero quolibet generari potest. Elemēta simbola facilius adinuicē trāsmutant & citius:dissimbola vero difficilius & tardius. Ex elementis nō simbolis simul collectiue sumptis pōt tertium elementū generari. In elementis simbolis siue consequētibus siue non se consequentibus vnum ex altero gignitz: ex duobus tamen simul iunctis non producitur tertium. Elementa non sunt rerum naturaliū materia. neq elementum elemento materia est. Impossibile est elementa in infinitum sm rectitudinē procedē:non speciei elementū semper sumendo:sed ipsa species finita necesse est esse. Non recte dixit Empedocles elementa esse adinuicē intransmutabilia:sed tn̄ adinuicem sm equalitatem comparabilia. Empedocles non conuenienter ponit augmētationē: neq de aliis motibus verā fecit determinationē. Non recte dixit Empedocles oīa & substantias oēs:tū ꝯpletas:tum incōpletas ex elementis componi.

Circa. 24. Sciendū q ex elemēto totali nō potest quodlibet elementū generari: qz sic rueret mundus:immo elemēta sm se tota semper permanent in eadem mensura & proportione:vnūquodq tn̄ pedale cuiuslibet elementi quantū est ex se & natura sua pōt transmutari in quodlibet elementū: neq distantia impedit:quodlibet enim cū quolibet habet contrarietatem: & cōicant omnia elementa in materia.

Circa. 25.26. aduertendū q ex parte actiuitatis tantū in dissimbolis est facilior transit⁹: quia ibi due qualitates agunt. In simbolis vna tantum. Ex parte resistentie in simbolis ē facilior transitus:cum ibi sit minor resistentia. Certis aūt actiuitatis & resistentie ceteris paribus & in his & in illis est eque facilis transitus:cū equalis sit proportio duorū agentium ad duo passa:talis ē vnius ad vnū. Voluit autem Aristoteles inter elementa simbola faciliorē esse transitum: qz ibi pauciora agunt: & pauciora resistunt:adeo tamen vnum q elementa conuenientia in raritate facilius transmutant q disconuenientia: & hac ratione ignis & aqua citius sunt transmutabilia q ignis & terra. Remanet autē eadem qualitas.i.cō milis

mistio in elemēto genito ⁊ corrupto: vt dixi. 2. de ala 4. ⁊ primo huius. 24.

Circa. 27. 28. 29. 30. Sciendum primā generationem esse cum corrumpitur tantū vna qualitas. Secunda est: cū pereunt due: ⁊ generantur due. Tertia est: cum corrumpuntur due ⁊ nulla generatur: ⁊ sic patet que istarum trium generationum est facilior: que difficilior. Eā tribus autem asserit Auerrois cōmento. 30. vnum non posse produci: ⁊ intelligitur stante dominio ⁊ subdominio illorum trium elemētorum: aliter ex aqua: igne: ⁊ aere: victo penitus aere oriretur terra sine aliquo inconuenienti.

Textu cōmēti. 31. 32. 33. 34. ostendit Aristoteles elementa neqȝ media inter illa posse esse materiale principium rerum naturalium: cuȝ illud sit materia prima pura potentia subiecta priuationi: ⁊ dimensionibus interminatis: vna numero sm essentiam respectu omnium generabilium ⁊ corruptibilium: multiplicata tamen sm multitudinem formarum: a quibus suscipit esse: seiungitur autem materia a priuatione: primo physicorum. 80. materia manet: priuatio non: materie non opponitur forma: sed priuationi: Materia est pars substantie: priuatio non. Aliqui dicunt ꝙ materia ⁊ priuatio sumētes occasionem ab Aristotele: primo physicorū. 60. sunt vnum numero: quia priuatio est in materia: sicut forma ⁊ quantitas eius sunt idem numero: quo ad existentiam: ⁊ si a materia separetur aliqua forma: materia est priuata illa priuatione priuata: qua antequaȝ recepisset erat priuata priuatione priuante.

Circa. 35. videtur esse superfluitas i dictis Aristotelis: supra probauit elementa non posse esse principiuȝ materiale: hic facit idem: ergo. Dico ꝙ supra probauit elementa non generari ex illo vt materia: hic non generari vt principium. In fauorem antiquorū arguitur: ante finem hore ignis transmutabit aquam aliquanta velocitate: ⁊ dupla ad illam: ⁊ sic in infinitum: ex quo minorabitur resistentia in infinitum: ⁊ augebitur proportio in infinitum potentie motiue supra resistentiam ergo velocitas intendetur in infinitum ergo in fine hore erit caliditas infinita: si cuiȝ motus terre cresceret in infinitum: ⁊ grauitas: primo celi. 51. Dico ꝙ maiorabitur velocitas ⁊ proportio in īfinitum: tamen caliditas est finita: quia ignis transmutat solam aquam finitam tempore finito. Grauitas terre esset infinita: si terra tempore finito pertransiret spatium infinitum.

Circa. 36. Sciendum ꝙ nullum elementum cōtrariatur duobus elementis diuersis in specie: eque primo: eisdem contrarietatibus: quia tunc illa duo elementa essent eiusdem speciei specialissime. Omnia etiam elementa ⁊ proxima ⁊ distantia habent contrarietatem: ⁊ nullum cōtrariatur pluribus eadē cōtrarietate eque primo.

Commento. 37. habentur iste propositiones: equalitas sm proportionem non est vere equalitas. Illa que sunt eiusdē generis communicant in materia. Unus pugillus aque est equalis decem aeris sm quantitatem: nam quāntitas est eterna materie: ⁊ tāta est multitudo materie in vno pugillo aque: quāta in deceȝ aeris. Insuper elementa sm se tota asserit Cōmentator non esse equalia sm qualitatem: sed sȝ partes: vnde elementum sm se totum habet ad aliud proportioneȝ equalitatis: a proportione autem equalitatis non fit actio. Colligitur ex textu presenti comparata sm quātitatem cōmunicare in materia: quare sol ⁊ terra comparabuntur in quātitate: vt mathematica est: ꝙ vt sic non requirit idem subiectū.

A textu cōmenti. 38. vsqȝ ad. 46. ostēdit Aristoteles Empedoclem non potuisse saluare augumentationem: generationem: motum localem violentum: ⁊ naturalem: alterationem: ⁊ adiungit animam non resultare ex elementis: quia si sic: qualitates spirituales recipere non posset: Sed notandum ꝙ stante equali applicatione agentis ad passum: nunquam est possibilis vniformis alteratio: ⁊ in infinitis partibus proportionalibus producentur īfinite caliditates quarum nulla erit intēsior caliditate producta in prima parte proportionali: hec de secunda summa.

¶ Summa tertia secundi libri de generatione.



E elemētis aūt ex presenti summa que est a textu cōmenti. 46. vsqȝ ad. 51. determinat Aristoteles de generatione mixtorum: his propositionibus: Nō recte dixit Empedocles ex elementis sm substantiam manētibus fieri mixtum: quēadmodū ex lateribus ⁊ lapidibus fit domus: tunc enim mixti acquisitionū esset generatio: sed multoruȝ per se ⁊ actu existentiuȝ congregatio: que non constituerēt vnum simpliciter sed aggregatione solum. Elementa in generatione mixti se ad quandam temperiem reducere ⁊ eorum qualitates in excellentia remittere: ad mediocritatēqȝ temperari: vt ita contemperate cōueniant nature ipsius mixti: ⁊ sic fiat mixtum. nam proprium est elementis in suis excellentiis manentibus nihil posse gigni: quare elementa non sunt materia mixti: neqȝ qualitates elementorum in excellentia contrarie ipsius indeȝ materia sunt: sed natura subiecta quattuor elementorum qualitatibus ad mediocritateȝ contemperatis: ipsius mixti materia est: que medium vocatur: quia vniuscuiusqȝ elementoruȝ naturaȝ participat ⁊ qualitates habet elementoruȝ remissas: ⁊ medias in comparatione ad illas in elementis excellentes ⁊ extremas: ⁊ hec materia per formaȝ mixti substantialeȝ regitur ⁊ informatur. Quodlibȝ mixtuȝ perfectuȝ circa terraȝ: que est mundi mediuȝ: existens ex omniuȝ elementoruȝ contēperamento nascitur: circa mediuȝ quideȝ mūdi existunt animalia que in terra aut super terram degunt. Uegetabilia que radicem terre infixam habent: ⁊ mineralia: que terra effodiuntur. Primo ꝙ quodlibet huiusmodi mixtorum ex terra componitur: ⁊ cuȝ vnūquodqȝ mixtuȝ naturam illius participet: in cuius loco ortum est. Ex aqua vero: quia res mixta indiget terminatione ⁊ suaruȝ adinuiceȝ partium continuatione: aqua autem optime terminabilis est a terra: ⁊ suo humore terrestria continuantur: ne sua siccitate dissoluātur: vnde pulueres aridi adinuiceȝ coniuncti humore continuātur. Et in lignis: exausto humido aqueo terrestria dispergūtur: ⁊ si

unt cineres segregati: que tamē prius per humiditatem humidum aqueum in ligno coniuncta erant ⁊ continuata. At si terra ⁊ aqua in mixto fuerint: ⁊ ignem ⁊ aerem in eo esse necesse est: nam mixtum perfectū ex contrariorū contemperamento nascitur: non eiz contemperamentum est nisi ex contrarijs: at ignis aque: ⁊ aer terre contrariatur: igitur ⁊ ignis ⁊ aer in mixto erunt: quare omnia simplicia corpora in mixto inuenientur. Mixta quoqꝫ animata cū elemētis nutriant: ex illis itidē existent.

Circa. 46. ⁊. 47. Sciēduz q̄ ex vnitate materie sequitur inuicem generabilitas: ⁊ ex inuicem generari colligitur vnitas materie: vnde nō inuenitur materia vna cōmunis vnicuiqꝫ reruz naturalium nisi ex rebus habentibus generationem ⁊ interitum: siue vnuz in alterum transmutetur: siue in aliud eiusdem speciei: vel generis vniuoci cum eo. Duo nāqꝫ indiuidua ignis actu existentia non sunt transmutabilia adinuicem: tamen habent eandē materiam.

